
36
18 A
23

CONTRA INSIDIAS INIMICORVM OMNIVM, FIRMA DEFENSIO.

SEV VERIVS, DE INIMICITIIS TRACTATVS.

Authore Vincentio Ferrarotto, I.V.D. Meſſanenſe, Siculo.

In quo omnia, quæ ad hoc genus pertinent doctè, & eleganter explicantur.

Cum Indice locupletiſsimo.



VENETIIS,
Apud Franciſcum de Franciſcis Senenſem.
M D XCV.

ADMODVM ILLVSTRI
ET IN PRIMIS MICHI
OBSERVANDO VIRO

DIDACO SCVDERO

Supremi Italicarum rerum apud
Regem Concilj prudentiſ-
ſimo Regenti.

Vincentius Ferrarottus I. C. Fœlicitatem. P.



ERREVS omninò eſ-
ſem, niſi tuis in me im-
mortalibus beneficijs(uti
par eſt)& debeo, perpe-
tuam animo gratiam ha-
berem, incorruptiſsime
Regens; imo ius ipſum officij diſſolue-
rem, & me ingrati animi vitio obſtrin-
gerem. Proinde cum longo Regionum
interuallo ſecluſus, quæ debeo officia
præſens præſenti exhibere non poſſum,
vt quàm tibi ſim obnoxius, & qua te pro
ſequor obſeruantia, patefaciam, litera-
rum ſaltem munere meum tibi ſtudium

deferre: & viuis te librorum monumentis insculpere volui. Quod quidem nunc tua protectione fretus libenter fecero; dum tuo sub nomine Tractatum de Inimicitijs typis excudere, & in lucem emittere non vereor. Plurimum hoc opus tam necessarium, quam recens, & pulchrum: Cum ciuilibus, tum criminalibus causis, in recusandis prĕsertim iudicibus & testibus, frugis & emolumenti est allaturum. Præterea curiosis hominibus non iucunda lectio; sed plurimum volup tatis aspersa passim consectanea historia rum exempla, & apta rerũ testimonia; & pulchra, & dilucida dicendorum similia, nec non amænæ, nec tamen prolixæ, aut argumento dissidentes digressiones afferrent. Et quamuis ipsum per se opus nil prĕcellat, te tamen patrono inter insignia, & præclara censebitur: cum sit nemo, qui nesciat, quantum prius quam in Regium Concilium fueris admissus, in vtriusq; iuris Subsellijs prĕstiteris: dum summorum totius Hispaniæ, & aliorum Regnorum procerum in feudalibus controuersis causas prudentissime defende-

res,

res,& in hoc Siciliæ Regno dum Proregi à Consilijs assisteres, quanta iuris vtriusque prudentia excellas testatum reliqueris. Suscipe igitur alacri animo vir pręclarissime, rogo, hoc quidquid est muneris, & Ferrarottum tuum, tibi deditissimum in tuam fidem, & tuorum clientelam recipias. Vale.

DOMINI NICOLAI Antonini Colossi Carmen ad Auctorem.



HErculeos inter Serpens Lernæa labores,
Tanquam præcipuum dinum eratur opus:
Quod trunco ex uno septem digesta per ora:
Multiplici virus funderet ore nocens,
Fortior Alcide sed Ferrarotte tenendus
(Ficta quidem ueris si æquiparare licet)
Nãque odio ex vno, uelut uno è corpore natas
Extinguis tantas, totque inimicitias.

SPECTABILI DOMINO Vincentio Ferrarotto Iurecon ſulto peritiſsimo.

Hendecaſyllabi.


Domini Annibalis Bufalo Medicinæ Doctoris.

DOctorum coriphee Maximorum
Ferrarotte, ſtilo ter eleganti,
Cuique Hortenſius in uidere poſſet
Rex fori licet ille diceretur,
Dum tractas bene multa, quæ lucernam,
Et morſos ſapiunt frequenter ungues,
Præclaram ſatis eruditionem,
Nec Baldi ab ſimilem, nec Alciati,
Oſten dit tuus aureus libellus,
Tractatuſque, ubi ſerio docetur
Quot modis inimicus eſſe poſsit,
A nullo (mihi crede) ſic perite

Consulti ut prope iure confitentur.
Ergo candide lector eloquentes,
Argutasque potes nidere Theses,
Mirari ingeniumque, acutiemque,
Et tu Nestoream precor senectam
Doctor inclyte uiue, sæculumque,
Illustra eximijs tuis libellis,
Quos mirabitur urbs, & omnis ætas.

VINCENTII FERRAROTTI I. C.

Messanensis, Siculi, de Inimicitijs Tractatus Præludia.



Summarium Preludiorum.

1 *Demosthenes apud Regem Macedonum orando defecit.*
2 *Lucius Crassus apud Q. Maximum causam agendo, eam oblitus fuit.*
3 *Cneus Sicinius ad Prætorem nil scribere potuit.*
4 *Cicero in causa Miloniana nihil dixit.*
5 *Theophrastus coram Alexandro Magno loqui non potuit.*
6 *Sapientia omnis à Deo.*
7 *Gentiles omne auxlium petebant à Dijs.*
8 *Definitio in iure periculosa.*



Rs scribendi, dicendique adeò periculosa est, ut nemo dicere posit, possum scribere, possum dicere; Nam si exemplis credere debemus, ante oculos ve-
1 nit illud † Demonsthenis Græcorum principis, oratoris optimi, qui dum in publico apud Philippum Macedonum Regem orationem habiturus conuenisset, solum uerbũ proferre nesci-
2 uit. † Sic Lucius Crassus paternam vlturus iniuriam, cum apud Quintum Maximum aduersus Cneum Carbonem causam acturus foret, sic turbatus est; ut totam causam oblitus perhibeatur.
3 † Sic Cneus Sicinius, pro Seruio Mæuio ad Pretorẽ Romanũ uirũ Clarisimũ scripturus, idẽ
4 passus affirmatur. † Omitto quod Marcum Ciceronem in causa Miloniana illa tanta dicendi
5 fęlicitas omninò destituit. Præterea quod † Teophrastus Philosophus eloquentisimus apud Alexandrum Regem verba facturus, nihil effari potuerit: nam tales, qui alta præsumunt, in modicis
6 sepe deficiunt, vt apertè intelligant, quod † omnis sapiẽtia à Domino Deo est. ut Eccle. et sap. 10 dicitur. & Hierem. c. 10. Stultus factus est omnis homo à scientia sua. Iccirco dicitur primo Regũ, Nolite loqui sublimia gloriantes; quia Deus sciẽtiarum est Dominus: Nam qui in cogitationibus suis confidit, impiè agit. Prouerb. 12. De talibus profectò dicitur Esaiæ 47. Sapientia tua decipit te, & alibi 29. Perdam sapientiam sapientum, & pruden-

& prudentiam prudentum reprobabo; Sapientia enim huius Mundi, Stultitia est apud Deum: ex quibus clarè monstratur, in humana sapientia nõ esse confidendum, sed à Deo omne auxilium
7 petendum; nam hoc etiam † Gentiles faciebant, ut legitur in Plinio in Panegyrico: dum ita incipit. Bene, ac sapienter P.C. Maiores nostri instituerunt, ut rerũ agendarũ, ita dicendi initiũ à p̃cationibus caperetur, quod nihil ritè, nihil prouidenter homines sine Deorum immortalium ope, consilio, honore, auspicarentur. Quod & apud Liuiũ sępius in principio concionum legitur. Qua de causa ego fretus auxilio Dei, hunc librũ de Inimicitijs in lucẽ emittere curaui. Tractatũ igitur de Inimicijs, & de effectu earum, incipiam à Definitione, iuxta text. in l. 1. ff. si cert.
8 pet. & quamuis in iure omnis † definitio sit periculosa, l. omnis difinitio, ff. de reg. iur. nihil ominus in casu nostro si non perfectam dabimus definitionem, saltẽ demonstrabimus veras descriptiones Inimicitiarum.

Paragraphi primi

SUMMARIUM

1 *Inimicitia quid sit.*
2 *Deus solus cognoscit interiora.*
3 *Inimicitię probatio fit per coniecturas.*
4 *Inimicitia quotuplex.*

Primo


Rimo igitur quæro quid sit inimicitia, & secundum Lucam de pena, in l. si propter, C. de potior. ad mun. nom. lib. 10.
1 Inimicitia † est libido, vlciscendi tẽpus obseruãs: nam dici solet, omnia cum tempore: ideo Ouid. lib. 4. de Tristib.

Tempore paret equus lentis animosus habenis;
Et placido duros, accipit ore lupos.

Sic pariter ait ad propositũ Cicero: Cogis me iniuriæ tuæ causam proferre, nihil agis non dicam; sed ipsum tempus eam patefaciet. Et alio modo definitur per Mars. cons. 21. nu. 33. videlicet: Inimicitia est res existens in animo, quę nõ uidetur, neq; cognoscitur, nisi per exteriora, quę
2 † Deus solus cognoscit, c. exiuit, §. rursus, de verb.
3 obligat. Nam † inimicitiæ probatio fit per coniecturas, Bertaz. consil. 528. num. 6. lib. 2. Sciendũ
4 est igitur, † quod Inimicitia quadruplex est: capitalis, leuis, expressa, & tacita. Capitalis inimicitia est, quæ vel mortem, uel existimationem alterius petit. Siluest. sup Instit. §. inimicitiæ, de excus. tut. num. 3. & 4. Leuis Inimicitia est illa, quæ ex causa parua prouenit, & in hoc statur Iudicis arbitrio, attenta personarum qualitate. Farinacius de indit. & tortura, q. 49. num. 86. uol. 2. ubi al legat cõmunem opinionem. Expressa inimicitia consurgit ex odio, quod est certum. Tacita uerò †

rò eſt, aliquem non diligere. Lucas de penna in l. 1. C. de pot. ad muni. nomin. circa medium. Hinc dixit Cicero in Epiſtola ad Appiū: Aut in obſcuro odio apertas inimicitias, aut in quo tibi nihil nocerem, ſummam oſtenderem voluntatem nocendi.

Paragraphi ſecundi

SVMMARIVM

1 *Inimicorum ſpecies quattuor.*
2 *Fidem fallere Domino, graue eſt.*
3 *Mæuij Centurij & aliorum Romanorum fides recitatur.*
4 *Vaſallus Domino prꝗlianti ſubuenire tenetur; aliàs priuatur feudo.*
5 *Solon quas inimicitias approbauerit.*
6 *Inimicitia potentiorum iuſtam cauſam timoris et abſentię prębet.*
7 *Reges Petrus, & Federicus huius Regni quomodo prohibuerint coadunationes.*
8 *Guerra dicitur fieri quando ſunt diſſenſiones.*
9 *Straticoti Meſſanæ obligatio quando in Ciuitate ſunt inimicitiæ.*
10 *Regulę multę in materia inimicitiarum.*

§. 2.

Quatuor

1 QVatuor sunt inimicorũ species, † Prima est Hostis, vt l.hostes, ff. de capt. et postl.reuers. l.quos nos, ff. de uer. signif. qui & perduelles esse dicuntur in dicta l. quos nos, & in l.fin. ff. ad l. Iuliam maiestatis l.Panthonius, §. rei perduellonis. ff. de aquir. hæred. quæ ab intest. defer. & clarè exponitur in l.prima, §. cũ patronus, ff. de off. præf. vrb. dum ait: vel si conspirasse eum contra se &c. Secunda species inimicorum est, eorum qui licèt postea hostes non dicantur, hostes tamen censentur, & reputantur, & idem de illis iudicium fit, quod de hostibus, quales sunt, qui fędus seu fidem eorum suscipiunt, cum quibus nulla fides, neque amicitia contrahi debet maximè in
2 damnum domini: nam † fidem fallere domino, graue est, l. prima, ff. de const. pecun. & isti tales sunt inimici, contra quos ad eórum confusio-
3 nem hęc possunt adduci exempla. Nam † Męuius Centurio Diui Augusti fidelissimus Miles, qui in bello Antoniano captus, mori maluit, quam Antonio parere hosti, à quo propter fidelem constantiam uitam obtinuit, de quo Val. lib. 3. tit. de Constan. Idẽ scribit de Marco Curio lib. 4. de abstin. & cont. Sic de Fabricio, & Camillo Consulibus (ut narrat idem Val. lib. 6. de iust. in principio) Tertia inimicorum species eorum est, qui propriè hostes dici non possunt, neque postliminio reuersi dicuntur, dicta l. hostes, & l. quos nos, ff. de uerb. signif. ut cum bellum

inter

inter duas Ciuitates mouetur, uel inter duos populos, ſeu dominos ſuperiorẽ habẽtes, de quibus intelligẽda eſt l.nõ dubito, ff.de capt. & poſtl.reuerſ.& quod Bart.notat in d.l.hoſtes, eod. tit. De his etiã oĩa iura feudalia intelligi debẽt, per quę
4 † Vaſallus dño prælianti ſubuenire tenetur, alioquin feudo priuatur, c. 1. in principio, quibus modus feudũ amitt. Excipiuntur Imperator, & Rex, c.vnico, de noua forma fidelit. cap. illud, de prohib. feudi alien. per Féder. De his etiam loquitur text. in cap. vnico, de form. fidelit. cap. porro, quę fuerit prima cauſa benef. amitt. & in numero cauſarum hæc ponitur per quam Vaſalli ipſi feudo priuari poſſunt, quas ſeriatim deſcribit Iacobus de Sancto Georgio in ſuo tract.feud. in uerbo, dictique uaſalli promiſerunt non committere fęloniã, quas ordinatim colligit Franciſcus Curtius in tract. ſuo feudali, in titulo, ex quibus cauſis feud. amitt. Quarta inimicorum ſpecies eſt Ciuium, de qua loquitur l. ſi quis ingenuã, §. in ciuilibus, ff.de capt. & poſtlim. reuerſ. uel inter duos plebeios, aut duos homines cuiuſcunque gradus, generis, ſeu qualitatis exiſtant,
5 quas inimicitias ſeu factiones Solon † approbauit, & ſtatuit eſſe honoribus abdicandum illum, qui orta ſeditione neutram factionẽ ſequutus eſſet. Hęc ſemper habita fuit inimica Reipublicæ, l. in bello, §.in ciuilibus.ff.de capt.et poſtl. reuerſ.
6 † Inimicitia quoque potentiorum in Ciuitate, ſeu

partia-

partialitates,& factiones iustam causam timoris, & absentię præbent. Oddo Sfort. 1.par.de in integr. q. 7. num. 90. ob id Serenifs. huius Regni
7 Siciliæ Rex † Petrus,in capitulis Regni ab eo editis,punit coadunationes, & congregationes. Sic iussit pariter Serenifs.Rex Federicus,in cap. 114. in isto casu. Quando fiunt istę dissensiones,cer
8 to modo dicitur fieri guerra,† vt dicit Afflict. in Consti.Comes, & Baro, de cultu pacis,numero 74. & est pariter ordinatum per Pragmaticā 5.
9 in tit. de Capit. alijsque Official.Regni, † quod Straticotus, & omnes alij Officiales, cogant omnes in inimicitijs, odio, & bellis ciuilibus versantes, inducias futuras ad tempus eis bene uisum, non minus vno anno, & recusantes mancipent carceribus, & certiorent Proregem sub pœna vnciarum mille fisco applicandarum. In materia quarum inimicitiarum variæ in iure Ca-
10 nonico, & Ciuili regulę † tradi possunt. Primo in materia testium, vt inimici non sint testes,l. 3.in princ. in verbo inimicus, ff. de test. In materia iudicum,& arbitrorum, l. si pariter.ff.de liber.caus. l.apertifsimi,de iud.In causa suspecti tutoris,vel excusatiōe ipsius,§.itē inimicitias,Instit. de excus.tut. Item in causa relicti legati,uel fidei commifsi, l.3.§.fin. & duabus ll. seq. ff.de adim. legat. Et qñ reuocetur procuratorium per inimicitiam, l.vel exilio,ff.de procu. & ex quā plurimis alijs causis,de quibus infrà suis in locis dicemus.


Paragra-

Paragraphus tertius

SVMMARIVM.

1 *Inimici qui dicantur.*
2 *Inimicus sui ipsius dicitur, qui agit contra honestatem, & vtilitatem propriam.*
3 *Hostes qui dicantur.*
4 *Differentia inter inimicos Imperatoris, & hostes. remissiuè.*
5 *Tutor quando est debitor pupilli dicitur hostis.*
6 *Hostis est, qui contradicit Apostolicis decretis.*
7 *Voluntas mala vocatur hostis interior.*
8 *Res hostium legata piæ causæ quando debeatur.*
9 *Hostes iniqui sunt Turcæ.*
10 *Iustitia magna est defendere nos ab hostibus.*
11 *Hostica exceptio quando competat: remissiuè.*
12 *Pulchritudo etiam in hoste posita delectat.*
13 *Hostem fugientem occultans, quomodo puniatur. remissiuè.*

§. 3.



1 Ostquam diximus de inimicitia, & de eius diuisione, dicamus de inimicis. † Inimici autem dicuntur non solum illi, qui iniuriam fecerunt; sed etiam qui conati sunt facere; & libẽter fecissent, si potuissent. Bal,

in l.vnica,in fi. C.si quacũq; pręd.potest.ac etiã dicuntur illi inimici, qui habent causam inimicitiæ (licet contrarium ostendat Innocent.in c.
2 I. & A. de reiud. Et † inimicus sui ipsius dicitur, qui agit contra propriam vtilitatem, & honestatem, c. qui emendat, 45. distinct. Quid autem
3 sunt † hostes? dic, quod hostes sunt, quibus bellum publicè populus Romanus decreuit, vel ipsi populo Romano l. hostes. ff. de capt. & post
4 lim. reuers. Et scias, quòd magna est differentia inter inimicos Imperatoris, & hostes, de qua re
5 vidẽ Afflict. in Const. Pœnã eorũ, lib. 2. n. 73. † hostis etiam dicitur tutor pupilli, cuius est debi
6 tor: ac pariter † hostis est, qui contradicit Apo-
7 stolicis præceptis; & † hostis interior vocatur mala voluntas. Hec omnia dicit Albericus in suo Dictionario, in verbo hostis, cũ pluribus seq. Et
8 nota, quòd res hostium † piæ causæ legata, aut donata sub conditione, si in nostram peruenerint potestatem indistinctè debentur. Tiraq. de
9 priuileg. piæ causæ, priuil. 39. † hostes enim iniqui sunt Turcæ (vt dicit Couar. in epit. 2. p. c. 3. num. 14. & Afflict. in Cõst. Pacis cultum, n. 67.
10 ob id benè dixit Ancar. consil. 96. nu. 5. † quòd Iustitia summa est, patriam, infirmos, ac debiles
11 ab hostibus tueri, quid autẽ sit exceptio † hostica, & quando cõpetat, vide Afflict. in Cõst. Hostici exceptionem: & licèt hostes sint inimici, &
12 † res inimicorum sint fugiendæ, nihilominus pulchritudo etiam in hoste posita delectat, vt di

cit

cit Cicero in oratione ad L. Pisonem, & quo-
13 modo puniatur occultans hostem † fugientem, dicit Ioannes Faber, in l. raptores, in fine, C. de episc. & clericis.

Paragraphi quarti

SVMMARIVM.

1 *Odium suscitat rixas.*
2 *Odium soluit amicitiam.*
3 *Odium quid sit.*
4 *Odium differt à rancore.*
5 *Athenienses ab omnibus odio habiti.*
6 *Odium quos effectus producat.*
7 *Odium priuatum, & non publicum, repellit à testimonio.*
8 *Inimicitia capitalis non requiritur vbi tractatur de repellendo aliquem à præmio, sed odiositas qualitercumque concepta.*
9 *Odium semel causatum, durare dicitur.*
10 *Quintus Metellus per odium contra Quintum Pomp. inimicum suum multa fecit.*
11 *Spurij solent esse odiosi.*

§. 4.

ODium peius est, quàm inimicitia: quia
1 † odium suscitat rixas Sap. in Prouerb. 10.
2 & quemadmodum † amicitia acquiritur per di-

 uitias,

uitias,& per beneficentiam, & conseruatur per consilium,& per fidelitatem: ita & soluitur per odium. Idem Sapiens in Prouerbijs,19. 18. 12.
3 23.3.& 18. quod odium ita diffinitur:†Odium est inueterata inimicitia de vltione semper cogitans, vt dicitur in Comētario Valerij, in tit.de ira, & odio:immò pertinaciter residet in pectore,occasionē expectās quo grauius nocere possit.
4 Et differt†odium à rancore, vt dicit Cardinal.
5 in Clem.2.§.1. de sepult. E † Athenienses fuerunt illi,qui ab omnibus odio habiti sunt,vt dicit
6 Iustinus lib.5. suarum hist. Et producit † odium hos effectus:primò, quòd odiosus à testimonio repellitur contra illum, quem odio prosequitur, Mascard. conclus.1127. vol.3. Sed nota, quòd
7 † odium priuatum, & non publicum repellit quem à testimonio Abb.in c.quoties,num.4.de testib. secundò,quòd vbi tractatur de repellen-
8 do à premio non requiritur inimicitia†capitalis, sed sufficit odiositas qualitercumque concepta, l.testamento,ff.de manu,test.quem refert Marçabrunus,in consil. 78.numer.19. tertiò, quòd
9 † odium semel causatum,durare dicitur,iuxta ea quæ dicit Bald. in l.in ipsius,C.fam. hercisćudę: Innocent. In c.cum oporteat,de accusat. & quæ tradit Ancho. cōs.247. Bart. in l.non solum,§.si mandato,versic.quid si mandaui, ff.de iniur.Bal. in Auth.si dicatur, C.de testib. & est tam malū odiū, nā legitur, ꝙ ex eo multa mala orta sunt.
10 † Quia Quintus Metellus Cōsul primò, deinde

Pro-

Proconſul in Hiſpaniam, tam fęlicibus auſpicijs ſe geſſerit, vt ad gloriæ cumulum nil niſi triumphus deeſſet: verùm vbi Q. Pompeium inimicum ſuum Cõſulem factum, & ſibi ſucceſſorem futurum cognouit, tanta ira commotus eſt, vt dum ſuæ voluntati ſtudet indulgere, & inimici futuræ gloriæ detrahere, exercitum diminuerit. horrea negligenter hoſtibus diripienda reliq̃rit arcus, & ſagittas confregerit, & elephantes fame conſumpſerit nihil denique, quo ſe aduerſus hoſtes tueri poſſet, Pompeio reliquerit, vt refert
11 Val.Max. de ira, & odio, lib. 9. odioſi † enim ſolent eſſe ſpurij. Vol. Auall. conſi. 88. vol. 1. n. 34.

Paragraphi quinti

SVMMARIVM.

1 *Deus ſex odit, & ſeptimum deteſtatur anima eius.*
2 *Oculus impudicus, impudici cordis eſt nuncius.*
3 *Animam occidit, qui mentitur.*
4 *Fidem non habet, qui mentitur.*
5 *Cor debet eſſe purum.*
6 *Teſtis falſus eſt infamis.*
7 *Diſcordia eſt cauſa inimicitiæ.*

§. 5.

DEI inimici sunt omnes peccatores, & specialiter sunt infrascripti: nã
1 dicit Sap. in Prouerb. cap. 7. † q sex sunt, quę odit dominus, & septimũ detestatur anima eius. Primò,
2 oculos sublimes, qa impudicus † oculus impudici cordis est nuncius. c. nec solo, 32. q. 2. Secundò,
3 linguã mendacẽ: nam, † qui mentitur, occidit animã. Odd. Sfort. de in integr. rest. q. 83. nu. 18. &
4 q † mentitur, non habet fidem. Afflict. in Const. Spõte, de priuileg. eorum, nu. 5. Tertiò, Manum effundentẽ innoxiũ sanguinem: Ad q vide ea q̃ ponit Afflict. in Cõst. Terminum vitæ. Quartò,
5 Cor machinans cogitationes pessimas: nã † Cor dẽt esse purũ: quia legitur in Genesi, c. 20. Corde puro fecisti. Quintò, pedes veloces ad currendũ in malum. Sextò, testẽ fallacẽ, nam vltra pęnas a iure ciuili, & municipali impositas, efficitur testis
6 † falsus infamis, c. si qs per 22. q. 6. Et Septimò, eum, qui seminat inter fratres discordiam, quæ
7 est potissima causa inimicitiæ, † vnde dixit Syll. Italic. lib. 9.

Discordia demens,
Intrauit cęlos, superosq; ad bella coegit.


Qui enim societatem fraternitatis discordiæ peste cumulat, Deum, qui charitas est, tamquam Iudas, prodit, c. abijt. 11. q. 3.

Paragraphi Sexti

SVMMARIVM.

1 *Inimici nostri debent esse improbi.*
2 *Charondæ Thurij lex contra improbos.*

§. 6.



1 Mprobi debent esse inimici nostri. †Salicet. in l. nullus, C. de male. & mathe. not. ex tex. ibi, amicitiam reproborũ esse repellendã. Quod dicit notandum ad hoc, vt amicitia inueterata non excuset receptantem bannitum. Et illi legi consonat, & Charondæ Thurij
2 lex, † quia improborum statim amicitiæ renunciari iussit: graues insuper pœnas sanxit, si quis aliquando cum malis amicitiam inijsset, aut initam non statim dissoluisset. Diodorus lib. Bibliothecæ 12.

Paragraphi Septimi

SVMMARIVM.

1 *Rex debet prouidere, vt tollatur occasio malignandi.*
2 *Regia potestas quare fuerit instituta.*
3 *Deus dedit potestatem Regibus.*

§. 7.

REgis officium in materia nostra inimicitiarum est, remouere occasiones, † nam, qui alios regit, debet
1 prouidere, vt tollatur occasio malignandi. Afflict. in Const. Constitu
2 tionum de trices. & Salar. offic. num. 2. † Regia enim potestas est instituta, vt mali coerceantur

à malo,& boni quietè, & inter malos viuant,c. non frustra, 23.q.5. & c. qui peccat,q.4.circa fi-
3 nem, † nam pro vtilitate mundi,& sano regimine vniuersorũ † Deus dedit potestatẽ Regibus. Vndè Regius Propheta dixit in Psal. 71. Deus iudicium tuum Regi da, & Iustitiam tuam, filio Regis, qui non solum mali circa subiectos esse non debent, sed nec mediocriter boni. Iosephus de Antiquit. Iud.lib.6.c.18.in fine:quia in puniẽ
4 dis delictis † seueritas non est reprobanda, cum sine pietate teneat Iustitiam. vt dicit Tull. in 2.
5 Rhetor.† seueritas est, per quam iudiciaria potestas, vel vindicta in aliquem districtius exerce-
6 tur,quæ perutilis est Reipublicæ:†Nã bene operans nulli parcit,8.Politic.& Tull.1.de offi.dicit, quod ita probanda est mansuetudo, atq; clementia, vt adhibeatur Reipublicę causa seueritas, si-
7 ne qua Ciuitas administrari non potest: † nam maior interdum est delictorum iniquitas, quàm
8 legum ęquitas. Et plura de † seueritate,quæ plus laudatur,& est preferẽda remissioni, scribit Luc. de pęna, in l.3.C.de his,qui de public.rat.lib.10. cum ista seueritate tollantur inimicitiæ: nã mali homines q̃runt multoties occasionẽ inimicandi, vt lupus contra turbationem aquæ irascitur, vt in Auth.de defens.Ciuit.in princ.in gl.Ideò di-
9 xit Sap.Prouer.13.† Occasionem quęrit,qui vult discedere ab amico, vt etiã notat extra, de statu Regul.c.vno, §.porrò, lib.6. quia omne esse habet ortum ab occasione,Dec.in rubrica, ff.si cert.

pet. qui regit, cauere debet; vt turbatores pacis puniantur: contra quos leges insurgũt: & Capitula, & Constitutiones huius Regni. Debet & vltrà
10 prędicta † Rex summere arma contra inimicos, & hostes sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & ipsam armis defendere, qui enim inimicus, vel hostis est Ecclesię (licèt priuatus sit) dicitur publicus hostis, Afflict. in Const. Regni, in pręlud. q. 26. nu.
11 30. & 31. Nam † Papa Adrianus, Carolum Magnum, de Francia in Italiam vocauit pro defensione Ecclesię Romanæ, c. Adrianũ, 63. distinct. &
12 Serenissimus † Rex, & dñs noster Philippus II. Catholicus, pro Ecclesia hodiè multa gessit bella cõtra Hereticos, & infideles, in quibus sępissimè
13 victor euasit. Ideo vtitur, & insignit aureo † vellere, in signum victorię, quo signo vsus est Ionathas, cui Anthiochus dedit potestatem bibẽdi in auro, & indui purpura, & fibulam auream ferre. Sic Ioseph à Rege Pharaone dicto signo honoratur. & Daniel per Regem Balthasar: qđ signum fuit introductũ ab Illustriss. Philippo Duce Burgundiæ. Hęc omnia dicit Cassan. consi. 67. num. 75. quo fuerunt decorati duo Siculi tem-
14 poribus nostris, scilicet Excellẽtiss. † dõ Carolus Arragonius Terrę nouę Dux. dominus meus, in
15 Regimine cuius, obijt pater meus † Antoninus Ferrarottus, in Terra Abulę, die 3. Octobr. 1576. dum esset Capitaneus Armorum, & Iudex Cõsi-
16 storij huius Regni. Necnõ & Excellentiss. † Don Franciscus Santapaus princeps Buteræ. Et quòd

Reges

Reges soleāt honorare benè meritos Insignijs, quibus ipsi vtuntur, apparet clarissimè: nam Se-
17 reniss. Rex † Ferdinandus I. qui instituit ordinem in honorem beatę Marię sub signo Griphi, anno 1403. In festo Assūptionis beatę Marię, ipsemet accepit hoc singulare Insigne cum Alphonso primogenito filio suo, & cum quam pluribus aliis nobilibus: & statuit in Capitulis dicti ordinis, quòd Gryphus habeat duas alas albas, & si aliquis qui habuerit hoc signum contigerit se reperire in aliquo prælio Agarenorum, & fuerit victor, possit deaurare alā dicti Gryphi, & si in alio justo bello hoc idem gesserit, possit deaurare dictas duas alas. Ecce igitur, quomodo honorantur victores contra inimicos, & non sine causa dixit Ariostus.

Vincasi per fortuna, ò per ingegno.

Paragraphi Octaui


S V M M A R I V M.

1 *Inimici aliquando solent apportare magnam vtilitatem.*

2 *Inimicos qui habet, non per hoc priuatur amicis.*

3 *Nemo sine inimicis.*

§. 8.



1 Liquando prodest habere inimicos † propterea narrat Valerius Maximus, quod Scipio Africanus dicebat, infirmis animo hostem esse securitatem, vnde idoneum tutorẽ, & necessarium iudicabat terrorem. Et Hugo de sancto Victore dicit, quòd aculeus alieni liuoris excitat ad virtutes. Et Iacob, qui in baculo suo transiuit Iordanem; non rediisset cũ duabus turmis, nisi inuidia Esau fratris sui eũ agitasset. Nec Ioseph imperasset Aegypto, nisi eum fratres sui per inuidiam vendidissent: & ob id dixit Seneca in Prouerbijs.

Miserrima est Fortuna, quæ inimico caret,

Ouid. lib. 1. Fastorũ sic ait ad propositum.

Dũ desunt hostes, desit quoq; causa Triumphi.

2 Nec per hoc fit, quòd † qui habet inimicos è conuerso nõ habeat amicos, nam sic dicit Ouid. elegia 2. de Tristibus.

Mulciber in Troiam, pro Troia stabat Apollo:
Aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.
Oderat Aeneam propior Saturnia Turno,
Ille tamen Veneris numine tutus erat.

3 Et quòd nemo hodie inueniatur absque inimicis, dicit Iodocus Damhoderius in sua Praxi rerum crim. capit. 17.

Para-

Paragraphi noni.

SVMMARIVM.

1 & 4 *Aduersarij dicuntur inimici.*
2 *Aduersarij qui sint.*
3 *Aduersarius vocatur diabolus.*
4 *Aduersariorum malitijs resistendum.*
5 *Pugna facienda per prælatos contra aduersarios quomodo debet esse.*

§. 9.

1 ADuersarij dicuntur inimici,† c. accedēs, lo 2. vt lite non cōtest. nā
2 secūdum Gramaticos,† aduersarij dicūtur sibi inuicē repugnan-
3 tes: quapropter † diabolus inimicus capitalis humani generis aduersarius vocatur ab Ecclesia, dum dicit: Fratres, sobrij estote, & vigilate; quia aduersarius vester diabolus &c. Corroborantur prædicta per ea, q̄ tradidit Nicolaus Bellon. super Instit. §. sed quia, de fidæicō. hær.
4 nu. 2. vbi dicit, quòd † aduersarij sunt inimici, & malitijs aduersariorum alijs malitijs est resistendum: & pugna, ad quam animantur prælati † cōtra aduersarios non est facienda cum armis, sed cum orationibus sicut Moyses pugnabat contra Amalech c. quis, 36. distinct.


Para-

Paragraphi decimi

SVMMARIVM.

1 *Violentia est paci contraria.*
2 *Eurythi Centauri fabula in exemplum violentiæ.*
3 *Officialis priuatur potestate propter violentiam illatam subdito, sicut dominus.*
4 *Salomon multa dicebat contra violentiam.*
5 *Rectores prouinciæ succurrunt subditis contra violentias prælatorum.*
6 *Reges quare fuerint instituti.*
7 *Regis proprium quid sit.*
8 *Delictum cum violentia non meretur gratiam.*
9 *Preces importunæ eorum quibus reuerentia debetur, continentur sub nomine violentiæ.*

§. 10.



X violentia causari solet inimicitia, quia † violentia est paci contraria. Afflict. in Const. Violentias, 1. p. nu. 1. nam legitur in Ouid. Metha. lib. 10. quod cum † Eurythus Centaurus ab Oeneo Calidonum Rege fortè hospitio susceptus fuisset, Deianiram filiã eius, simul ac vidit, petijt sibi dari vxorem, Oeneus quamuis illam iam Herculi spoponderat, vim tamen Centauri timens, huic se eam traditurum promisit; quapropter orto inter Herculem, & Eurythum

Eurythum nuptiarum die bello, Hercules debellato Centauro, victor euasit. Et quod violentia sit damnanda, habemus exempla manifesta: nam per violentiam illatam subdito, priuatur officia-
3 lis, † siue dominus potestate, & iurisdictione quã habet in illũ, l. officium, C. de offic. Com. sacr. pal. it. Rom. consil. 37. Bald. in l. vnica, C. si qua prædit. potest. contra quos violentos loquitur Iob 28. Hæc est pars hominis impij apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab omnipotente suscipiẽt: si multiplicati fuerint filij, in gladio erunt, & nepotes eius non saturabuntur pane. Ecce ego suscitabo dicit dominus super eos hostes, qui argentum non quærant, nec aurum velint, sed sagittis populos interficient, & lactantium vbera non miserebuntur: & super filios nõ
4 parcet oculus eorum. † de qua violentia sic dicebat Salomon: Verti me ad alia, & vidi calumnias quæ sub cœlo geruntur, & lachrimas innocentium, & neminem consolatorem, nec posse resistere eorum violentiæ cunctorum auxilio destitutos, & laudaui magis mortuos, quam viuentes, & feliciorem vtroq; iudicaui, qui necdum natus est, nec vidit mala, quæ sub cœlo fiunt. Et est tã detestabilis violentia, quod succuritur per eam subditis contra prælatum: nam dicit tex. in c. petimus, 11. q. 1. & c. q dã monachi, 16. q. 1. quòd ad querelam nedum laici, sed etiam clerici passi violẽtiam à prælato suo, Rector prouinciæ, ac defensor Ciuitatis suas vires, & officium inter

ponunt. Ideo dixit Cicero: Apud maiores nostros fruēdę iustitiæ causa vnr olim benè mora-
6 ti Reges † constituti: nam cum premeretur initio multitudo ab ijs, qui maiores opes habebant, ad vnum aliquem confugiebant virtute prȩstantem; qui cum prohiberet ab iniuria tenuiores, æquitate constituenda, summos cum infimis pari iure retinebat; eademque constituendarum legum causa fuit; quæ Regum fuerat. Regum
7 † enim proprium est facere iudicium, atq; iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos. Nā istud est præceptum domini, vt Leuitici cap. 19. in illis verbis: Non facies calumniā
8 † proximo tuo, nec vi opprimes eum. Et quando delictum est factum cum violentia, gratia facta non comprehendit violentiam. Boss. in tit. de ca-
9 pt. numero 68. Sed nota tamen, † quod preces importunæ eorum quibus reuerētia debetur, dicuntur esse sub nomine violentię. Odd. Sfort. de in integr. rest. 1. par. q. 7. nu. 89. Iō qui patiuntur violentiam, sperent in Domino, cum exemplo illius quod legitur de Dauid 2. Regū, c. 22. Cōuenerunt ad Deum omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi, & factus est eorum princeps.

Paragraphi vndecimi.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia inter cōiunctos oritur ex inæqualitate.*

2 *Rixę*

2 *Rixę oriuntur propter inæqualitatem.*
3 *Seditionis principium in delphis fuit contentio inter coniunctos.*
4 *Fratres inimici non possunt eße testes ad inuicem.*

§. II.

1 INæqualitas inter coniunctos † facit oriri inimicitiã, teste Fulgos. consil.15. in fine, ideò debent parentes distribuere bona filijs
2 æqualiter: nam ex † inæqualitate oriuntur inuidię, rixę, lites, discordiæ, & contentiones (vt dicit Angel. consi. 394. num. 2. in fine, & consi. 364. col. fin. in versic. 2.) Ideò dicitur de Iacob, & Esau, Genes. c. 27. oderat ergò semper Esau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater, dixitq; in corde suo, veniet dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Et rursus c. 37. idem quoque habetur de Ioseph vbi dicit Sacra scriptura. Videntes autem fratres eius, quod à patre plus cunctis filijs amaretur, oderãt eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui, prout in proposito multa refert Paul. de Castr. consi. 150. vol. 2. Tiraqu. de iur. primogen. q. 4. num. 10. & Aristoteles 5. Politicorum exemplũ diuisionis, quæ fuit apud Hesiodum recenset, de duobus fratribus de diuisione patrimonij contendentibus, quorum vnus, qui erat pauperior, quasi non exhibente altero fratre bona omnia, neque thesaurum quem pater inuenerat proferente,


querebatur, at populos in suos fauores pertraxerat, alter verò, qui diuitijs pollebat, locupletes sibi adsciuerat. † Et in Delphis ex fauore par-
3 tium, contentione exorta, principium fuit seditionum omnium quæ postea fuerunt in ea Ciui
4 tate secutæ † quando enim fratres sunt inimici ad inuicem, non possunt esse testes Barb. consil. 54. num. 22. volum. 3.

Paragraphi duodecimi

SVMMARIVM.

1 *Dominandi libidine multi feruntur.*
2 *Romulus sub colore iustitiæ fratrem interfecit.*
3 *Occasio in promptu suffragatur malè agentibus.*
4 *Cain ob libidinem dominandi Abel occidit.*
5 *Ptholomeus Euergetes nepotem interemit vt dominaretur.*
6 *Ioram quinque fratres occidit pro dominio.*
7 *Salomon dat sententiam mortis contra fratrem suum Adoniam, & quare.*

§. 12.



Ominandi cupiditas inter coniunctos sanguine, inimicitiam grauissimam generat, ex qua deriuantur homicidia, & alia delicta. Libidine profectò dominandi, † & ha-
1 bendi, multi feruntur, qui nec Deo, nec generi, aut

aut amicis indulgent:Immo iſtis talibus princi-
patus ambientibus,odioſa miſeratio eſt; & adeò
rara inter eos amicitia,quòd aut liuore perculſi,
aut Imperij maieſtate feroces,aut (quod plerú-
que accidit)aliorum potentiam ſuſpectam ha-
bentes, aliavè occaſione, occultis inter ſe dolis
2 agere ſolent,vt fertur Romulus † feciſſe, qui ſub
colore iuſtitiæ,legis,ſ. violatæ per fratrem,eū in-
terfecit,de quo Oroſius multa mala ſcribit,& in-
ter cętera fratris ſui unicam mortem ſub colo-
3 re iuſtitiæ. Quia † male agentibus occaſio aliqua
peccādi in promptu ſuffragatur;& cauſam fratri-
cidij eſſe dixit legem muri violati, de quo dicit
Poeta.

Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

Vt fecit Cain ob libidinē dominandi, & præſidē
4 di, qui † vt ſolus dominaretur,fratrem ſuū Abel
5 iuſtū, & innocētem,occidit.† Sic pariter Ptholo-
męus Euergetes, Ptholomęi Philometoris filius,
& Cleopatrę Germanus, Septimus Aegyptio-
rū Rex, Regno à fratre ad quem pertinebat vi,
& metu extorto, ſtatim filium fratris è comple-
xu matris abreptū necauit, & oēs eius fautores,
& populares, q̄ cū in regnū vocauerāt. Similiter
6 † Ioram,filius Ioſaphat, Rex Iſrael, in libro Ge-
nerationis Chriſti deſcriptus, quinque fratres
ſuos,vt bona eorum poſſideret;& ne in futurum
regnarent, & ſic vt Regnum ſuum ampliaret,
gladio occidit, & quoſdam de principibus Iuda,
vt habetur 2.Paralipom.21.c.poſtea tamen de-

cessit correptus infirmitate pessima, & non fecit ei populus secundum morem combustionis exequias, sicut fecerat maioribus suis, nec positus
7 fuit in sepulchro Regum. Et † Salomon dat sententiam mortis contra Adoniam fratrem suum, nolens audire preces matris: tum quia machinabatur dolos cõtra eum, adspirando ad Regnum; tum quia petebat vxorem contra legem Leuit. cap. 18.

Paragraphi tertiidecimi

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia oritur ex ingratitudine.*
2 *Elpis Samius à Leone iuuatus propter gratitudinem.*
3 *Ingratitudo quot modis committatur.*
4 *Filius degradatur à militiá propter ingratitudinem.*
5 *Absalonis finis miserrimus.*
6 *Furiosus quando possit puniri.*
7 *Princeps non potest facere, ingratus filius ne exhæredetur.*

§. 13.

1 ORitur inimicitia ex ingratitudine, † vt per pulchrè nam dixit Ausonius.

Ingrato Homine terra peius nil creat.

Contra

Contra quos sic iratus loqtur Plautus, ĩ Asinaria,

Ingrata, atque irrita esse omnia intelligo;
Que dedi, & quod benefeci, At posthac tibi,
Mala q̃ potero facere faciã; meritoq; id faciã tuo.

Igitur placet in ista materia a Leonum genere incipere, hos beneficij memores, atque gratos
2 Elpis Samius † In Africã naue delatus, cum ad Leonis conspectum peruenisset, atque metu in arborem ascendisset, Leo autem supplex, orantis in morẽ cum ad arborẽ perstitisset, vt indicaret hominis ope sibi opus esse, qui osse dẽtibus inhęrente, atque excruciante postulabat auxilium, id quod Elpis facilè intellexit, data ope mansuetus adeò Leo euasit: vt contra alia animalia in grati-
3 tudinis vicẽ defensor existeret. † Ingratitudo.n. committitur multis modis, & inter alios quando redditur malum pro bono: vt expresse dicit sanctus Thomas, scd'a secũdę, q.106. & est text. ĩ c. sex differentię. 23. q. 4. ibi, cum dicit, reddere malum pro bonis: & dicitur in illo capitulo, reddere malum pro bonis, hoc pertinet ad malos ho-
4 mines. Et † de iure propter ingratitudinem filius degradatur à militia, l. 1. iuncta glos. not. in verbo indignus, ff. de obseq. à libert. pręst. & pariter de iure Codicis reuocatur donatio propter ingratitudinem, l. 1. & fin. C. de reuoc. donat. & in c. fin. de donat. & qui post mortem defuncti ingratitudinis causam committit, perdit legatum, l. 1. ff. de his quib. vt indign. & pariter reducitur libertus in seruitutem, l. 2. C. de lib. & eorum lib. & ibi

Bald. & de iure nouissimo propter ingratitudinē pater potest exhęredare filiū, in Auth. vt cum de app.cogn.§.causas, col. 8. & notat̄ in c.Quintavallis, de iur.iur. & propter ingratitudinē cōmissam contra Ecclesiam solum in postulando contra illam, perdit quis beneficium quod habet in illa, c.fin.de postul. Item filius ingratus priuatur etiā legitima, l.cum quęritur, C.de inoffic.test. &
5 occiditur, nam † Absalō ingratus, ambiendo, Regnum patri detrahens, statim perplexè in arbore quercus suspensus, lanceis transfixus fuit. Et nota, quod ingratitudo, per quam fit exhęredatio, tantę est efficacię, & virtutis, quod si semel fuerit per filium commissa, poterit ipse filius exhęredari veluti ingratus: immò si vellet rem à patre venditam ex consuetudine patrię offerendo pretium infrà annum, iuxta c.Cōstitutus, de integr. rest. tāquam proximior retrahere, repelleretur, opposita sibi ingratitudine, arg. c.1.§.quęsitū, de Capitan.q. Cur.vēdit. & c.1.§.insu p, de prohib. feudi alien. p Fred. vbi si proximior ipsius vasalli dominum offenderit, deinde vasallus feudum extraneo vendiderit, talis proximior venditoris, qui si feudum habuisset, propter offensām fuisset illo priuatus, si uellet illud iure proximitatis p̄tio oblato retrahere, certè repelleretur, nisi dominus offensam remisisset. Plus dico, ꝙ posset filius ingratus exhætedari, non obstante quòd effectus fuerit post ingratitudinem furiosus, vt l. fin. §. & siquidem, C.de curat. furios. & l. de creationibus, C. de

C. de Episcop.aud.nã iura quæ dicunt furiosum non debere puniri si delinquat, intelliguntur in delictis in furore perpetratis,& nõ ante, l.diuus, ff.de offi.præsid.& l.infans, ff.ad l.Corn.de sicar. & Ias.in l.furiosum,C.qui test.fac. poss. vbi plenè disputat,an de omni crimine capitali commis-
6 so ante furorem,possit furiosus † puniri, & concludit quod puniri non potest in corpore,sed bene in bonis, puta per exheredationem, secundũ Bald.in dicta l.furiosum.Item propter ingratitudinem filius emancipatus reducitur in patriã potestatem : sic etiam legitimatus reducitur ad illegitimitatem,est text.in l. 1.C.de ingrat. lib.& ibi
7 Doct.& est tantæ potentiæ,quòd Princeps † nõ potest facere vt filius ingratus non exheredetur, l. 2.C. de in ius vocando; Reliqua potes videre in suis locis.

Paragraphi quartidecimi

SVMMARIVM.

1 *Lingua maledica est potissima causa inimicitiæ.*
2 *Murmuratio ex quibus causetur.*
3 *Apis,& Araneæ exemplum pro murmuratione.*
4 *Lingua est discretè regenda.*
5 *Mors,& vita,in manu linguæ.*
6 *Taciturnitas vt plurimum laudabilis.*
7 *Xenocratis responsum contra maledicos.*
8 *Pythagoricorum disciplina in loquendo.*

9 *Maledicentia fit in conuersationibus.*
10 *Detractores sunt latronibus deteriores.*
11 *Maledicis de iure non creditur.*

§. 14.

1 LIngua maledica est potissima causa inimicitię, & homicidij.† Mascard. Conclus. 864. vol. 2, numer. 1, sed
2 ex quibus proueniat† murmuratio, & maledicẽtia, dico quòd oritur, Primò, ex impatientia, & ideo homines impatientes ad murmura facilè labuntur. Secundò, ex desperatione: sic enim legimus filios Israel ex impatientia lapsos ad diuersa murmura: signantur in libro Exodi cap. 32. Tertiò, ex superbia, & ambitione, vt patet in libro Numeri, c. 16. Quartò, prouenit maledicentia ex natura sui ipsius, nam dicit Chrys. Omnis homo secundum se ipsum æstimat alterum, bonus, bonum, malus verò æstimat malum: Et hoc patet in exemplo rea-
3 li, quia † Apis, & Aranea locant se super florem simul, & Apis succum quem extrahit, conuertit in mel dulce, sed Aranea inuenenum; sic est de bonis, quia omnia quæ vident, & audiunt conuertũt in bonum, sed mali inuenenum. Et quod
4 lingua † sit discretè regenda, nobis ostendit natura, quæ lingua nobis brutas æquauit, sed officium linguæ solis hominibus tribuit, vt loquela ab ipsis differamus, quia secundum Ciceronum,

lib. 1.

lib.j. Rhet. quamuis homines multis in rebus humiliores, & infirmiores sint bestiis, tamen hoc iure maximè præstare videntur, quòd loqui possunt. Et libro primo de Oratore; cum homines inquit à bestiis differamus, quòd loqui possumus, qua laude dignus est, qui in ea re cæteros superat; in qua homines bestias antecellunt? Vnde non sine causa linguam vnam solam nactus est homo, & bina alia, vt causam nō habeat
5 indiscretè vagandi, cum mors, & vita sint in ma-
6 nu linguæ. Prouerb. 18. ideo † taciturnitas vt plurimum laudabilis: nam si stultus per Romanos præpositus ad disputandum cum Græco non tacuisset, numquam Romani duodecim tabularū legem obtinuissent, secundum glos. super verbo, decem constitui, in l. 2. §. exactis, ff. de orig. iur. ideò.

Nil tacuisse nocet, nocet esse loqutum.

L. numquam, cum glos. ff. de condit. & demostrat. & de Xenocrate Philosopho refert Valerius exemplū lib. 7. tit. de Sapienter dictis, aut
7 factis, in hęc verba. Quid † Xenocratis responsum, quam laudabile, cum maledico sermoni quorūdam summo silentio interesset, vno ex ijs quærente, cur solus linguam suam cohiberet, respondit: quia dixisse me aliquando pœnituit, tacuisse numquam. Nec est laudabile immoderatum silentium, quia si in culpa non esset, Propheta non diceret: Vhæ mihi q̄a tacui. Quid ergò interest, nisi studiosè lingua sub magni moderami

nis

nis libratione frænanda est, non insolubiliter obliganda. Ne autem in vitium defluat, aut restricta etiam ab vtilitate torpescat, hinc namque dicitur, sapiens tacebit vsque ad tempus. Hinc Salomon ait. Tempus tacendi, & tempus loquendi. Quapropter benè dixit Cato.

Virtutem primã esse puto, compescere linguã.
Nã proximus ille Deo est, qui scit rõne tacere.

8 Et bene olim † Pythagoricorum disciplina erat, discipulos tacere per quinquennium, & postea eruditos loqui, vt Hieronym. refert super Ecclesiast. Omnes enim detractiones fiunt in conuersationibus, in quibus fieri nõ deberent: nam hęc
9 in † conuersationibus sunt euitanda, scilicet loquacitas, & maledicentia, vt de his, & multis aliis documentis loquitur Constantinus Rogerius in tract. de protest. in verbo sexto, num. 20. & ob id Bernardus, serm. 40. super Cantica. Caue serue Dei, alienæ conuersationis esse curiosus explorator, aut temerarius iudex. Et habemus in Canone cum ponderet, distinct. 50. vbi text. dicit, ponderet vnusquisq; sermones suos, & quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur. Vnde
10 Anch. cons. 325. num. 3. dicit, † quòd detracto-
11 res sunt Latronibus deteriores. Et illis † maledicis de iure non creditur, Roland. a Val. cons. 73. num. 8. vol. 1. & maledici sunt infames, Cataldinus de Sindic. num. 106.


Paragraphi

Paragraphi quintidecimi

SVMMARIVM.

1 *Officialis reuelans secreta, inimicus est.*
2 *Romani fuerunt obseruantes secretorum.*
3 *Vasallus reuelans secreta domini, quando priuetur feudo, vide remissiuè.*

§. 15.



1 Fficialis reuelans secreta, inimicus est: † vndè dicitur Prouerb. 10. Lingua garrula secretà reuelat, & pacem turbat, germinat lites, & incendit iras. Et ideò Iurisconsulti iure optimo statuerunt contra officiales reuelantes secreta Consilij. vt per Andr. in c. j. quibus mod. feud. ammitt. Crauetta Cons. 224. Afflict. in Cōst. Si domini à vasallis, num. 13. Marc. Decis. 774. & in libro Pragmaticarum huius Regni Siciliæ, tit. 36. fol. 133. prima parte, est videre: Quòd optimè seruauerunt † Romani, de quibus sic loquitur Val. Max. lib. 2. tit. de institutis antiquis: Adeò autem magna charitate patriæ tenebantur, vt arcana Consilij Patrum multis sęculis nemo Senator enunciauerit: nam reuelantes secreta, inimici populi Romani reputabantur, & acriter puniebantur, vt libro primo refert
2

idem

idem Valerius, titulo de seruata Religione. Tarquinius inquit Rex, Marcum Tullium Duumuirum, quod librum secreta Ciuilium sacrorum continentem, custodiæ suæ commissum, corruptus, Petronio Sabino ad scribendum dedisset, Culeo insutum, in mare abiici iussit. † Et Vasallus reuelans secreta domini, an, & quando priuetur feudo, vide Andr. in cap. j. quib. mod. feud. ammitt. Cepoll. cons. 39. Rom. sing. 506. Grat. Responso 81. vol. 2. num. 49. & cons. j. vol. j. num. 69. vbi limitat. Boer. in tract. de author. Magni Consilij, num. 155. Crauetta cons. 224.

Paragraphi sextidecimi
SVMMARIVM.

1 *Inimicitia oritur ex inuidia.*
2 *Inuidia Aegyptiorum magna.*
3 *Dædalus interfecit Talaum propter inuidiam.*
4 *Inuidia fuit causa idolatriæ apud Aegyptios.*
5 *Salicetus in l. per diuersas, C. mand. pulchrè loquitur de inuidia.*
6 *Inuidus parem non patitur.*
7 *Virtutis comes est inuidia.*
8 *Fœlicitas nulla sine malignitate.*
9 *Diabolus author inuidiæ.*
10 *Seneca quomodo loquatur contra inuidos.*
11 *Exultatio in ruina proximi, mala.*
12 *Aman qui lætabatur in ruina Mardochæi suspensus est patibulo quod ipsi Mardochæo parauerat.*

13 Bel-

13 *Bellisarij exemplum de inuidia.*
14 *Antonius Scappius de inuidia loquens, quid reliquerit.*
15 *Afflictus super Constit. Regni in fine, facit mentionem de inuidis.*
16 *Inuidia capitur multis modis in iure, vide remissiuè.*
17 *Inuidia differt ab obtrectatione.*

§. 16.

1 INimicitia oritur ex inuidia † ob quam Dominus noster crucifixus fuit: nam legitur, quòd propter inuidiam tradiderunt eum. Quæ contra Aegyptios multum
2 preualuit. Nam scribitur † de inuidia Aegyptiorum contra filios Israel, & maxima, & multiplici eorum oppressione; atque præcepto crudelissimo dato obstetricibus de necandis Hebræorũ masculis ob fælicitatem eorum. Ioseph de An-
3 tiq. lib. Exodi cap. 10. Et † Dedalus patria Atheniensis Mitionis filius, fuit nobilis Architectus, q fabricandi materiã primus inuenit: interfecit Talaum sororis filium ob inuidiã ingenij. Quæ
4 † inuidia fuit causa Idolatrie apud Aegyptios. Idem Ioseph. contra Grecos, cap. 6. & fuit causa belli ciuilis apud Romanos, vt refert Lucanus libro 1. belli ciuilis.

Quid in arma furentem

Impulerit

Impulerit populum: quid pacē excußerit orbē,
Inuidia.

5 De hac inuidia os suum aperuit † Salicetus in l. per diuersas, C. mand. sic dicens. Hęc scilicet inuidia virtuti continuò detrahit, parem deprimit, maiorem non diligit, minorem attrahit, attractū conterit, suumque possessorem falsum testem sępè fieri subegit. Hęc sępius mundum illustrantibus pro meritis supplicia contulit. Nam illos multoties in carcere diu, vt legimus tenuit, diuitesque fecit inanes, & à propriis laribus plerumque exulare coegit, & interdum occidit. Hęc pacis ęmula Romam in partes diuisit, diuisamque suo ardenti feruore, ad intestina bella deduxit, & eam omni gaudio & honore priuauit. Inuidia fera pessima est, suoque venęno citius inficit, & pungit, & quanto quis vilior videtur, tanto minus ei inuidetur:
6 † quoniam inuidus non maiori aut minori statui inuidet, sed pari, cum quo sę stare non patitur: vilibus enim, & non virtuosis, non inuidetur, cum inuidia ex opulentia, & virtute orta sit, sic dicit Salustius in Catilinario: quia
7 teste Tullio in Rhetor. 2. † Virtutis comes est inuidia, quæ placari non potest, nisi virtute relicta. glos. in l. nec quicquam, §. obseruare, ff. de offic. Proconf. Ideò post mortem plus quam in vita relucet virtus: vt pulchrè dicitur in eadem Oratione ad Cęsarem senem de Republica, in fine, ibi, Nam viuos interdum fortuna, 1. sępe inuidia fatigat. Bene igitur dixit Valer. libro 4. tit. de Amicit.

8 Amicit.in fine, qđ nulla tam modesta † fęlicitas
est,quæ malignitatis dentes vitare possit. Immò
paucorum inuidia plerumq; innocentes,iure,aut
iniuria supprimuntur, vt dicitur in secunda Re-
sponsiua Catilinæ in Ciceronem, & dicit Salust.
in Iugurthino; post gloriam memineris inuidiā
sequi, Iam inter mortales difficilimum est gloria
9 inuidiam vincere. Et Diabolus † illius sator est,
cuius inuidia mors mundum intrauit.Sap.2.Cō-
10 tra quos exclamat † Seneca. O vtinam inuidi in
singulis Ciuitatibus aures,& oculos haberent, vt
de singulis hominum prosperitatibus torqueren
tur: de quibus intelligitur illud Iob.3,gaudēt ve-
hementer,cum inuenerint sepulchrum;tunc au-
tem maligni & inuidi homines,inueniunt sepul
chrum,cum vident aliquem defectum,siue verū,
siue apparentem in proximo, vel etiam cum vi-
dent realiter, & in effectu eum deferri ad sepul-
chrum; tunc ex maxima inuidia gaudent, quasi
alienam calamitatem suam felicitatem reputan-
11 tes,† Hęc autem exultatio in ruina proximi assi-
gnatur à Beato Gregorio 22. libr. Moralium,vni
de filiabus Superbiæ, quam prohibet Salomon
Prouerb,17,dicēs: Qui in ruina lętatur alterius,
non erit impunitus. In cuius rei signum legitur
12 Hester 7. ꝑ † Aman qui lætabatur in ruina Mar
dochęi non euasit impunitus, nam suspēsus fuit
in patibulo quod ipsi Mardochæo parauerat.Sed
inuidi multa possunt hodiernis temporibus apud
Principes. Sumus in tempore,in quo memores
possu-

13 possumus esse exempli †Bellisarij, qui bis à Senatu per inuidiam factus est Imperatori Iustiniano suspectus, demum à Patriciatu depositus fuit: & nihilo minus ipse auxerat Imperium dicto Iustiniano, ex quo superauit Africam, & vicit Van-
14 dalos, & Gothos. Dum igitur Antonius †Scappius in libro 5. de delictis, c. 2. nu. 13. dixit, quod inuidia magis viget Romæ, quam alibi, debebat dicere.

Inuidia Siculi non inuenere Tyranni
Maius tormentum.

15 & de inuidis † loquitur Afflict. in fine sui libri super Constit. Regni, & Horat. lib. 1. Epistolarum.

Inuidus alterius mascrescit rebus opimis.

Et Seneca.

Et si nullus inimicos tibi facit iniuria;
Multos tamen tibi parit inuidia.

16 Et in iure, inuidia † capitur multis modis. Afflict. in Const. Ad subiectorum. num. 1. lib. 3.
17 Et differt inuidia † ab obtrectatione, quia inuidia est inter impares, obtrectatio inter pares, secundum Grãmaticos; inuidi enim sustineri non debent, Angel. in §. 1. de lege Fus. Can. tollenda, num. 4.

Paragraphi sextidecimi

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia capitalis oritur per iniuriam.*

2 *Iniu-*

2 *Iniuria triplex est.*
3 *Iniuria verbalis quomodo consideretur.*
4 *Locus in iniuria attenditur.*
5 *Iniuria maxima in Doctore quæ sit.*
6 *Percutere cum Bastono gentibus coadunatis est pœna à relegatione, suprà.*
7 *Iniuriam propulsare est de iure permissum.*
8 *Moyses Aegyptium occidit, quia percussit Hebræum.*
9 *Iniuria quę fit per litteras, magna est.*
10 *Facientes famosum libellum si ex delicto remanent condemnati, nec testes esse possunt, nec testamentum facere permittuntur.*
11 *Consules Romani quomodo scripserunt Pyrrho Regi Epirotarum.*

§. 17.

1 INiuria mater dicitur inimicitiæ, quia ex ea oritur inimicitia † capitalis Blanc. in Repet. l. fin. ff. de quæst. num. 104. Decian. lib. 3. tit. inimicitiæ causa, cap. 25. num. 39. vol. 1. Farinacius, q. 49. num. 29. vol. 2. vbi al-
2 legat communem. Hæc triplex † est, verbalis,
3 actualis, & scripturalis. Verbalis consideratur ratione personæ, vtputa, quando iniuriatus fuit persona nobilis, & iniurians plebeius, vt dicit Bõ-
4 tinus consf. 9. Ruin. conf. 81. vol. 4. Vel loci, † nã si iniuria fuisset in conspectu Iudicis, esset ma-

gna.Crauetta,conſ.147.Marc.Deciſ.676.Actualis iniuria dicitur, cum aliquis percutitur cum in-
5 ſtrumento contumelioſo, & in † perſonam Doctoris admiſſa talis percuſſio, eſſet maxima iniuria, & dicitur magis grauis, quam facta alteri, Crauetta, conſ.168.num.10.Deci,conſ.65.num. 1.
6 Et nota, quod † percutere aliquem cum baltono gentibus coadunatis, eſt pœna à relegatione ſuprà. Gram.voto 15.num.20. Idem Deciſ. 17. Natta, conſ.254.vol.2, tamen debet probari quòd gens coadunata erat cum armis, aliàs non eſſet vis publica, ſed priuata, & eſſet à relegatione infrà. Hannibal Troius ſuper Ritu Neapol. Ritu 68. allegat gloſ.in l.quæ dolo, §.pen.ff. ad. l. Iuliam de vi publica, & eſt text. in l. 2. ff.eodem, & ſuper hoc eſt Pragmatica in Regno, in tit. 43. de pena percutientium cum inſtrumento contumelioſo,
7 in lib. 1.Et vt vim, atq; † iniuriam propulſemus, eſt de iure permiſſum, l. vt vim, ff. de iuſt. & iure,
8 Et legitur Exodi c. 2. Vbi † Moyſes Aegyptium
9 occidit, quia percuſſit Hebræum. Scripturalis † iniuria eſt illa, quæ fit per litteras: de qua vide Farinacium, q.49.vol.2.nu.38. 40. & 43. Plac. tom.
10 ſuo crim.cap.3. & 4. Et iſti, qui faciunt † famoſum libellum, ſi ex delicto remanent condēnati, nec teſtes eſſe poſſunt, nec teſtamentum facere eis permittitur, text. cum gloſ. in l. ob carmen, ff. de teſtam. & eſt tam malum iniuriam inferre proximo, quod ſi aliquis habuiſſet offenſam, & remiſiſſet, facta de nouo iniuria eſt ſufficiens ad renouan-

uandum primam iniuriam, vt dicit Ouid. lib. 3. de Arte amandi.

Quælibet extinctos, iniuria suscitat ignes.

Et quod iniuria faciat inimicitias suscitare, legitur ad corroborationem huius dicti. Nam Consules
11 Romani † hoc modo scripserunt Pyrrho Regi Epirotarum: Nos pro tuis iniurijs continuo animo strenuè commoti inimiciter tecum bellare studemus.

Paragraphi octauidecimi

SVMMARIVM.

1 *Litigium quid sit.*
2 *Lites ciuiles sunt causa inimicitiarum.*
3 *Lis est causa malorum.*
4 *Iudex est suspectus, si aliàs cum eo tanquam cũ priuato fuit litigatum.*
5 *Lites sunt criminum occasiones.*
6 *Clericus litigiosus repellitur à testimonio.*
7 *Iudex tenetur concordiam persuadere litigantibus.*
8 *Argiui damnabantur tamquam litigiosi.*
9 *Litigatores antiqui qui fuerint.*

§. 18.

1 Lites sunt causa inimicitiarum, & quid sit † litigium, dicas, ꝙ est contradictio, quæ fit ver-

bis, intentione contristandi. Ideò litigare est dictis, aut factis aliquem contristare, vt dicit Viualdus, in tit. de octaua persecutione Ecclesiæ Dei,
2 Nam ab experto videmus, ex † litibus ciuilibus, præsertim quæ longo tempore durant, maximas inimicitias oriri, & in præteritum ortas fuisse, vt notat Aretinus, in l. properandum, in princ. C. de iud. idq; patet Ecclesiast. c. 28. dum dicit: Lis festinans effudit sanguinem. Et in 1. Methaphis. di-
3 citur, quòd lis † est causa malorum. Benè igitur facit text. in c. cum quis, in fine, de restit. spoliat. in quo habetur, quod inimicitia cum aliquo præsumitur ob litem motam. Item ad hoc faciunt notata per Abbatem in c. cum super nota. de offic. delegati. & post ipsum Marát. in Practica, p. 6. 2.
4 Act. num. 40. vbi dicit, quod † Iudex potest vt suspectus recusari, si aliàs cum eo tamquam priuato pars litigasset, & ob id ad imponendum celerem litium finem, Iurisconsulti multùm elaborauerunt, l. quidam, ff. si cert. pet. l. nõ distinguemus, §. quæsitum, ff. de arbitr. & nedum leges Ciuiles hoc statuerunt, verum etiam leges Canonicæ, c. 2. de re iudic. c. finem litibus, & c. venerabilis, de dolo & contum. Et in hoc dicitur versari publicũ interesse, vt dicit Bart. in prima constitutione Codicis, & Paris. in tract. Sind. In verbo, Sententia,
5 Et ratio est: quia lites † vt plurimum solent esse criminum occasiones, §. si verò aliquis, de triente & semisse, l. properandum, in princ. vers. criminibus, C. de iud. & est tam malum litigium, quod Mar-

eus cap. 10. ibi; Si quis voluerit tibi tunicam tolle re, & in iudicio tecum contendere, dimitte ei &
6 pallium, dixerit. † Et clericus litigiosus repellitur à testimonio. Et magis peccat litigiosus, quã adu lator. Et illi q amãt litigare, nõ sunt honesti viri. Ista oĩa narrat Afflic. in Cõst. Apostatãtes. nu. 6.
7 vnde Iudex † tenetur ipsis litigantibus in causa ciuili concordiam persuadere; licèt ad eam cogi non possit regulariter, Bald. in l. si vsusfructus, §. æquissimum, ff. de vsufructu. Et ideò damna-
8 bantur quondam ab omnibus † Argiui, quia litigiosi. Ob quod etiam malè audierũt Aegyptij, quos Ammianus appellat Genus hominum con
9 trouersum. † Litigatores antiqui memorabiles fuerunt Parnus, Eurinus, & Hyperbolus, & in hoc Regno nostris temporibus fuit maximus litigator C. S. qui omnes Iudices in Sindicatu accusabat, vt eos deinde recusaret vti inimicos. Sed iste modus fuit sublatus per Pragmaticam editã per Comitem excellentissimum Aluæ, Proregem huius Regni, die 10. Ianuarij 1592.


Paragraphi nonidecimi

S V M M A R I V M.

1 *Iniquitas omnia præcipitat.*
2 *Mulieres sunt causa pugnæ.*
3 *Ebrietas est mater litium.*
4 *Aemuli sunt inimici.*

5 *Alimenta qui denegat, dicitur necare.*
6 *Alimenta sunt deneganda filiæ qui peccauit in corpus suum.*

§. 19.




Nimicitia oritur etiam ex infrascriptis causis. Et primo ex iniquitate nascitur inimicitia: nam
1 iniquitas † omnia præcipitat. Specul. 2. parte, tit. de appell. §. 6. vers. item iusta. Ideò dicitur in Psal. 28. Iniquitatem odio habui. Et intantum à Deo odio habetur iniquitas, quod dicatur Exodi 34. qui reddis iniquitatem patrum filijs, ac nepotibus. † Itē
2 propter mulieres sępè deriuatur inimicitia: nam mulieres sunt cā pugnæ. Alberic. in suo Dictionario, in verbo mulier. † Item ex ebrietate cau-
3 santur inimicitiæ, quia ebrietas est mater litium, cap. venter, 35. distinct. † Item ex æmulatione,
4 Paul. Apost. ad Rom. Non in contentione, & æmulatione. † Item ex denegatione alimento-
5 rum: nam qui denegat alimenta, dicitur necare, l. necare, ff. de lib. agnoscend. & ideò vt homici-
6 da puniēdus est. Cassaneus super † Cōsuet. Burgund. Rubrica prima, num. 67. fol. mihi 71. Sed sunt deneganda alimenta filiæ, quæ peccauit in corpus suum. Ioannes Faber, in l. cum de inofficioso, §. autem, sed si post, C. de inoff. testam.

Paragraphi vigesimi

SVMMARIVM.

1 *Iracundus prouocat rixas.*
2 *Iracundia est multorum vitiorum ianua.*
3 *Officialis non debet esse iracundus.*
4 *Alphonsus Rex Siciliæ numquã visus fuit iratus.*

§. 20.



1 RA generat inimicitias, Prouerb. 29. Vir † iracũdus prouocat rixas. Et sanctus Gregorius dicit: Dum ira animum pulsat, membra trepidant, oculos inflammat, notos non noscere facit, ore clamat, sed intus quod loquitur, ignorat. Sicut enim olla bulliens pinguia cum fecibus emittit, sic iracundus cum veris falsa pronunciat. Vnde Cato.

Impedit Ira animum, ne possit cernere verum.

2 Et S. Augustinus dicit, quod † iracundia est multorum vitiorum ianua, qua clausa, virtutibus dabitur requies, qua aperta ad omne facinus homo erit promptus. Et quod ira generet inimicitias, dicit Lelius Zangus in tract. de duello inter militem Secularem, & militem Religiosum, in verbo, Diligite, cap. 27. Vnde dicit Sap. Prouerb. cap. 22. noli esse amicus homini iracundo. Et

3 nota, quòd Consiliarius, † & Officialis non debet esse iracundus, Afflict. in Const. Vt vniuersi, lib. primo, num. 56. circa medium: Exemplo .n.
4 illius, quòd legitur de † Alphonso Rege huius Regni Siciliæ, qui numquam visus fuit iratus: vt refert Ioannes Rauisius in 2. p. suæ Officinę tit. Cōstantes, & patientes in diuersis casibus, nu. 6.

Paragraphi vigesimiprimi

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia prima vnde ortum habuerit.*
2 *Inimicitia fuit inter Deos antiquos fabulosè.*
3 *Deorum certamen. remissiuè.*
4 *Bellum inter Deos, & Gigantes.*
5 *Bellum inter Deos, & homines.*
6 *Xerxis armatio contra Deos.*
7 *Inimicitia est inter plantas, & inter animalia.*
8 *Inimicitia adest in omnibus creatis.*
9 *Nociua aliquandò prosunt.*
10 *Inimicitia fuit inter Deum, & hominem.*
11 *Inimicitia inter dęmones, & homines.*
12 *Ecclesia multos habet inimicos.*
13 *Hypocritæ sunt inimici.*
14 *Hypocrita tria facit, quando corrigit.*
15 *Hypocritæ omnes connumerantur. remissiuè.*
16 *Inimicitia regnabit quousque erit mundus.*
17 *Pacis fœdus inter terrarum dominos est diminutum.*

18 *Italia numquam erit in pace.*
19 *Deus quare permittat Bella.*
20 *Sicilia fuit inimica Romæ.*
21 *Mundus fuit in pace tẽpore Natiuitatis Christi.*
22 *Pax non erit amplius in mundo.*

§. 21.

ENarrauimus breuiter causas, propter quas inimicitiæ proueniunt: inter quas connumerauimus violentiam, inæqualitatem, dominium, ingratitudinem, linguam, inuidiam, iniurias, litem, iniquitatem, Mulierem, ebrietatẽ, denegationem alimentorum, & iram. Nunc incipiamus demonstrare vnde ortum habuerit pri-
1 ma † inimicitia. Nam Iacobus de Valentia in expositione Cantici Beatę Mariæ, in litera A. dicit, ꝙ Lucifer fuit primus inimicus Dei, qui voluit vsurpare sedem Dei, & ascendere ad similitudinem eius, ob quod fuit factum prelium magnum in Cœlo: ideo D. Ioannes in Apocalip. c. 12. sic dicit. Factum est prælium magnum in cœlo, Michael, & Angeli eius prçliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli eius, & nõ valuerunt: neque locus eorum inuentus est amplius
2 in Cœlo. & inter † Deos antiquos fabulose legitur fuisse discordia Syll. Ital. 9. libro hoc idem videtur affirmare. Et Cato in illis Carminibus,

Cum Venere, & Baccho lis est.

3 Et de certamine Deorũ † ponit Tiraquell. de legi
4 Connub. glos. 1. parte 2. nu. 50. ac inter † Deos, & Gigantes ob quam inter eos fuit factum præ-
5 lium in Campo Phlegreo, ac inter Deos, † & homines: Nã Iuno Dea, volens Aeneam prohibere, ne Italiam adiret ad Aeolum Regem Ventorum sic ait:

Gens inimica mihi, Tyrhenum nauigat ęquor.

Sed quantum attulerit damni præsumptio hominum erga Deos, testatur Iustinus lib. 2. suarum
6 Histor. dum loquitur de † Xerxe, qui quattuor millia armatorũ Delphos, ad templum Apollinis diripiendũ misit, prorsus quasi non cum Græcis tantum, sed cum Dijs immortalibus Bellum gereret, quæ manus tota imbribus, & fulminibus deleta est, vt intelligeret (dicit idẽ Iustinus) quãto grauior offensa Deorum esset, tanto nullas esse hominum aduersus Deos vires. Et pariter ini-
7 micitia † inter plantas, & inter animalia, (vt dicit Albertus Magnus) in tit. de animal. 21. & 24. Nã
8 in creatione mũdi, sine † inimicitia & lite, nil genuit natura pares, vt dicit Frãciscus Petrarcha, Rapido stellę obuiãt firmamẽto, cõtraria inuicẽ elementa confligunt, terrę tremunt, maria fluctuãt, Aer quatitur, crepãt flammæ, Bellum immortale venti gerunt, vt dicit Ouid. de trist. eleg. 2.

Nunc Notus aduersa prælia fronte gerit,
Tempora temporibus concertant.

Secum singula, nobiscum omnia. Ideo possumus dicere cum Seneca.

In nos ætas vltima venit,
O nos dura sorte creatos.

9 Nam nihil vita † dedit mortalibus, vel eorum, sine quibus viui non potest, quod idem non valeat illis ipsis afferre perniciem, vt Ouidius.

Nil prodest, quod non lędere possit idem.
Igne quid utilius? si quis tamen urere tecta
Apparat, audaces instruit igne manus.
Eripit interdum, modo dat medicina salutem:
Quæq; iuuet, monstrat, quęq; sit herba nocēs.
Et latro, & cautus præcingitur ense uiator,
Ille sed insidias, hic sibi portat opem.

10 Inimicitia pariter fuit inter † Deum, & hominē ante mortem Christi, ob transgressionem prę-cepti, & per redemptionem fuit facta maior ca-
11 pitalis inimicitia inter dęmones, & † homines. Sanctus Petrus epistola prima, de qua vide ea, quę curiosè ponit Bart. in quęst. inter Beatam
12 Virginem, & Dæmonem † Inimicitias multas habuit, & habet ecclesia Dei. Nam prima persecutio fuit Sinagogę: conati sunt enim Iudæi percutere ecclesiam cæcitate, & ignorantia, in principio, & sic persecuti sunt Apostolos. Sed Petrus per Angelum liberatus est de carceribus de manibus Iudęorum. Secundò infestauit Ecclesiā Leo scilicet impetus Tyrannorum. Hoc idem dicit Igneus, in Repet. l. necessarios, §. non aliàs, in tit. de Senat. consult. Syll. num. 881. sed in fine liberata est tempore Costantini opera Angelorum. Tertiò, infestauit Ecclesiam Basiliscus, scilicet

licet prauitas Hereticorum, quę suo veneno multos infecit, & sauciauit: sed multipliciter fuit liberata per Doctores. Quartò, infestabit eam Draco Antichristus, vt etiam dicit Afflict. in Cōstit. Inconsutilem, num. 9. ac cætus Hypocritarū,
13 †. Hypocritæ enim sunt inimici, quia dicit Sanctus August. Hypocrita † tria facit quando corrigit, primò scandalizat homines, secundò fraternam diuidit vnitatem, tertiò perturbat pacē. Ideo Iob cap. 13. non venit in conspectum Dei
15 omnis Hypocrita, & qui sunt † hypocritæ omnes connumerantur per Ioannem de Valdo in tit. de septima persecutione Ecclesiæ. Erit enim Antichristus simul Aspis, & Basiliscus, Leo, & Draco, scilicet Iudęus, & Hęreticus, Tyrannus, & Hypocrita, & sic vastabit Ecclesiam, sed non totaliter delebit, immò ministerio Angelorum interficietur, & Ecclesia præualebit, & triumphabit, vt dicit idem Iac. de Valentia in exposit. Psal. Qui habitat, fol. mihi 683. Et de aliis duodecim persecutionibus Ecclesiæ, vide supradictum de Viualdi, in tit. de persecut. Ecclesiæ. Vltimo
16 quousque mundus erit, semper † inimicitia regnabit, & dum Matth. cap. 24. dicit Dominus; Surget gens contra gentem, ait Greg. super istis verbis: Gentem contra gentem exurgere, eorumque pressuras super terram, plus iam nostris temporibus cernimus, quàm in Codicibus legimus: Vnde vbique terrarum, ab Oriente vsque ad Occidentem, à Meridie vsque ad Septentrionem,

17 nem, pacis † fędus inter terrarum dominos totaliter est diminutum, vt per omnium terrarum discrimina, vix iam aliquis audeat vias, aut se-
18 mitas pergere. Et de Italia † quod numquam erit in pace, dicit Vrsill. ad Afflict. Decis. 150.
19 num. 10. Et si aliquis dixerit, quare Deus † permittit bella, & dissentiones fieri, respondet Sanctus Gregorius, periturum mundum, multa mala præcurrentia denunciāt, rarò, vel numquam est aliqua Ciuitas, vel oppidū, quin in eo, & ea, partes se odientes, & opprimentes inueniantur, nam hoc antiquitus fuit inter diuersa Regna,
20 quia Sicilia † fuit inimica Romę, licèt postea in gratiam peruenerit; hoc colligitur ex Ciceronis Verrina quarta, dum dixit: Sicilia princeps se ad fidem, amicitiamque populi Romani applicuit: & prima omniū prouincia appellata est. Et quę prouincię erant hostiles, & quę confęderatę, declarat Alciat. in l. hostes, ff. de verb. signif. Solum
21 legitur fuisse mundus † in pace, tempore Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, vt dicit idem Igneus, in Repetione supradicti §. non aliàs, nu. 813. & Ioannes Tarcagnotta in 2. parte suarum Hystor. Sed nostris temporibus non poterit
22 esse amplius pax, † quia sumus mali: Vnde benè dixit Horatius:

Damnosa quid non minuit dies?
Aetas parentum peior auis tulit
Nos nequiores, Mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

Paragraphi

Paragraphi vigesimisecundi.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles, & plebei sunt inimici.*
2 *Nobiles præferuntur in honoribus plebeis.*
3 *Voces nobilium vbi voces sunt vndique pares, præferuntur alijs in electione.*
4 *Nobilis quid sit.*
5 *Ingnobilis quid sit.*
6 *Ingnobilitas non in malorum sorte annumerãda.*
7 *Abraham quomodò loquutus fuerit ad Loth.*
8 *Exempla nonnullorum Romanorum recitantur pro patria.*
9 *Discordia est domina litium.*

§. 22.

1 NObiles, & Plebei sunt inimici † ad inuicem Bald. in l. per adoptionem, in 1. lectura, ff. de adopt. Tiraq. in tract. Nobilit, cap. 23. num. 2. cum seq. quia nobiles maxima ex parte sunt superbi, & inimici populariũ; nam vt dicit Lucas de pẽna, in l. militaribus, in princ. C. de Decurion. libro 10. Clarus sanguis elationem parit, potentiam affectat, conculcat inferiores, pares habere dedignatur, loquitur grandia, totus ex alto, magnoque sanguine. Sunt autem inimici, quia

2 quia nobiles † preferuntur in honoribus plebeis, vt in §. vltimo, ibi, vnumquemque nobilium, in Auth. de defens. Ciuit. & ibi Glos. & Angel. Glos. in c. statuimus, in verbo, potiorē, post princip. de maior. & obed. Ac etiam nobiles in beneficiis, & electionibus dignitatum spiritualium cæteris sunt præferendi, vt sentit Glos. in l. societas contrahitur, & ibi Bald. & Salicet. ff. pro soc.
3 Et † voces nobilium in electionibus, & alijs quibuscunq; actibus, vbi voces sunt vndique pares, præferuntur ceteris. Bart. in l. 1. C. de dignit. per l. maiorem, in princ. ibi, qui dignitate inter eos prę cellit, ff. de pact. Et procedit in electionibus beneficiorum, & dignitatum ecclesiasticarum, secundum Innocentium, in c. dudum, lo. primo, super verbo, dignitate, & Pan. in 4. notab. de elect.
4 † Quem enim credis esse nobilem? nisi notum propter virtutes, & preclara facta? vt multi scriptores probant, vt Sextus Pompeus, & Nonius Marcellus: Ignobilem quem credis? nisi ignotū. Horatius Satyra sexta.

Non qui Mecęnas Lyddorum quicquid Hetruscos.

5 Hinc apud Græcos ille dicitur † ignobilis, qui sine nomine est, & qui ingnotus est, & obscurus, quivè à paucis, aut à nullis noscitur. Si verò quis est ciuis ingnobilis, noli parui facere, est vtiq; con ciuis tuus, hortare potius, vt & ipse clarus, notus, & sic nobilis efficiatur: si ita ille fecerit, congaude, & noli tristari, vt faciunt aliqui in hac vrbe Messanę, quādo ciues populares ponunt se in re-

gistro

gistro nobilium. Sin autem adhuc ignobilis, & ingnotus remanserit, habeas eum charum, defen
6 de ipsum, adiuua, † & protege. Ignobilitas autem non mala, nec in maiorum sorte annumeranda est, vt scribitur in c. illa, 15. q. prima. Et de inimicitia inter nobiles, & ignobiles, ponit multa Lælius Zangus in tractatu de duello, c. 12. & Decianus, lib. 3. tit. Inimicitiæ causa, capit. 25. num. 84. lib. j. Sed pro tollendis differentiis, maximè hic Messanæ, vbi nobiles, & ciues populares habent alternatiuam in omnibus officiis, & in illis acquirendis pari passu ambulant, deberent inspici verba Genesis, in cap. 14. dum ibi legitur de
7 verbis dictis per Abraham, † Loth, sub isto tenore: Ne quæso sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus, ecce vniuersa terra coram te est, recede à me obsecro, si ad sinistram ieris, ego dextram tenebo, si tu dextram elegeris, ego ad sinistram pergam. Et debent esse concordes pro beneficio comunis patriæ, & facere prout fecerunt Ca-
8 millus, † Fabricius, Brutus, Marcus Regulus, Quintus Fabius, Valerius Flaccus, Cassius, Torquatus, Mutius Scęuola, Valerius Publicola, Scipio Nasica, Scipio Africanus, Cato Vticensis, Magnus Pompeius, Lucius Dentatus, & cæteri Romanorum Ciues, qui priuatas vtilitates pro Reipublica obliti sunt. Nec debent esse discor-
9 des: quia discordia † est domina omnium litiũ, & dissentionum: ideo Sanctus Thomas, 2. 2. qō, 37. artic.

37. artic. 2. de ea sic dicit: Discordia importat quandam disgregationem voluntatum.

Paragraphi vigesimitertij

SVMMARIVM.

1 *Damasus papa à subditis fuit inculpatus.*
2 *Leo papa fuit à subditis accusatus.*
3 *Sanctus Petrus, & Sanctus Gregorius habuerunt querimonias.*
4 *Officiales vt plurimum sunt odio habiti.*
5 *Andræas de Isernia quare fuerit interfectus.*
6 *Officiales non debent ambulare de nocte.*
7 *Fiscales quare sunt ut plurimum odio habiti.*
8 *Officium Fisci est sanctum, & necessarium.*
9 *Officium Fisci fuit institutum à Rege Dauid.*
10 *Auctor quæ habuit officia.*
11 *Daniel liberatus, & eius inimici condemnati.*
12 *Caij, & Quinti Seruilij liberatio.*
13 *Farinacius conqueritur de inimicorum potentia.*
14 *Metelli Consulis accusatores non audiuntur.*
15 *Fama contra Officiales habenda à probis.*
16 *Magistratus conditio est misera.*
17 *Officiales, qui benè seruiunt, non solum debent remunerari, sed eis est relaxanda pœna.*

§. 23.

FAcilius, & grauius insurgit inimicitia contra exercentes iurisdictionem, & merum imperium. Nam
1 Damasus † à subditis fuit infama-
2 tus. Leo † Papa etiam fuit à sub-
3 ditis de nonnullis inculpatus: & contra † Sanctum Petrum, & Sanctum Gregorium fuerunt factæ querimoniæ (vt dicit Rom. conf. 522. n.
4 primo, cum seq. Nam † Officiales vt plurimum sunt odiati. Ita demostrauit Cicero in Oratione in L. Pisonem, loquendo de Lucio Pisone & collega Consulibus nefariis, sub istis verbis: His ergo rebus pascor, his delector, his perfruor, quòd de vobis hic ordo opinatur non secus, ac de teterrimis hostibus: quòd vos equites Romani, & ceteri Ordines, quòd cuncta Ciuitas odit; quod nemo bonus, nemo denique ciuis est, qui modo se ciuem esse meminerit, qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione denique ipsa Consulatus vestri non phorrescat. Et ideò difficilis est Principatus, qui circa actiones condennatorum exercetur. Nam inimicitiam oportet habere, vt dicitur sexto Politic. & tradit Foller. in tract. de laud. & fruct. num. 10. Et propter delictorum punitionem Preses habetur odio à subiectis, vt in Auth. vt iud. sine quoq. suffrag. §. illud, extra, de accusat. cap. qualiter,

qualiter, lo secondo. Lælius Zangus, in tract. de duello, capit. 11. & quod Officiales pro iustitia administranda habeant inimicos tales, quòd
5 insidiantur eorum vitæ, legitur: Nam † Andræas de Isernia, ex quo protulit sententiam contra quendam Baronem Gallum, ab eo fuit interfectus in Ciuitate Neapolitana 11. Octobris 12. Indictionis 1353. vt dicit Afflict. in cap. Et bona committentium, in tit. Quæ sint Regalia. Ideò additio ad Afflict. in Constitutionibus, in proœ-
6 mio, in littera F. dicit: Caueant † Officiales ne ambulent de nocte. Vltra quòd multi propter inuidiam, ne videant alios regnare (quæ maxima est inter hos nostrates) multifariam machinantur contra benè meritos, ad similitudinem seditionis Choræ Leuitæ, & plebis ab eo concitatæ contra Moysen, & Aaron, pro Sacerdotio. Iosephus de antiq. Iudaica lib. 4. cap. 2. Officiales qui vt plurimum præ aliis odio habentur sunt illi, qui pro Rege & Domino nostro officium Fisci gerunt, per quos crimina multorum deteguntur, ac eos puniri faciunt: isti quidem maledicuntur à reprobis, sed à bonis laudantur, qa.
8 istud Officium est † sanctum, & necessarium. vt dicit Carauita, super Ritu Neapolis, Ritu 27.
9 in fine. Immò institutum fuit † à Rege Dauid. Hoc colligitur ex illis verbis Psalmi, dum dicebat: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt desperderem de Ciuitate Domini, omnes operantes iniquitatem. In quod officiũ

10 promotus ego † fui prima vice in Anno 1587. in Curia Straticotiali nobilis vrbis Messanę, suique districtus, & constrictus, quod exercui per duos annos, & deinde fui promotus per suam Catholicam Maiestatem ad officium Iudicis Curiæ prędictę, quo functo, cum essem Capitaneus Armorum in Ciuitate Syracusarum, fui creatus (elapso biennio) à prefata Maiestate iterum ad exercendum dictum officium, quo finito, in anno 1593. fuit mihi comendatum officium Fisci à Comite Oliuarum excellentissimo, Prorege iustissimo, & prudentissimo. Et licèt multoties Officiales male tractentur ab iniquis, nihilo minus Deus adiuuat eos, & demonstratur turpi-
11 do calumniantium, sicut legitur de † Daniele Propheta, cũ fuisset à Rege honoratus, & in medio inter Satrapas principalis constitutus, alij inuidia agitati, mortem ipsius machinabantur, ita vt procurantibus æmulis, in leonum lacum deuorandus immitteretur, sed ipso diuinitus præseruato, inimici eius præcipiente Rege leonibus statim deuorandi obiecti sunt. Iosephus de antiqu. Iudaica lib. 10. cap. 14. Et licèt potentes aliquando insurgant ad prosequendos Officiales, attamen inimici potentes fuerunt causa liberationis reorum multoties, vt legitur de Caio, & Quinto Seruilio, qui cũ essent accusati à Metellis fratribus Quinto, & Lucio Consularibus viris, Senatus eos liberauit, ne potentia inimicos oppressisse viderentur. Val. Max. tit. de test.

lib.

lib. 8. cap. 5. Sed hodie non ita in omnibus Curiis euenit: nam nunc potest dici illud Ciceronis in Oratione pro Quinto Quintio, cum adhuc ei propter vim aduersariorum, non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus æquus
13 reperiri potuerit. Et de † inimicorum potentia conqueritur Farinacius in tit. de Inquisit. q. 11. in fine. Quapropter Principes non debent ita facilè porrigere auriculas accusatoribus Officialium, maximè quādo cognoscunt Officiales benè administrasse officia in seruitium sui Regis. Nam
14 legitur, quòd cum † Metellus Consul Numidicus vitæ probitate conspicuus, lege Iulia repetūdarum fuisset accusatus, accusatorem Iudices repulerunt, nec audire voluerunt. Nam non à suspectis personis, nec ab his, qui non Zelo Iustitię sed timore seueritatis contra Officiales insur-
15 gunt, sed ab idoneis † viris de fama ipsorum quęrendum est. Antonius Scappius, lib. 3. cap. 19. tit. de Iud. tam ord. quam deleg. Et quanta pericula sustinent, qui gerunt officia, vide ea, quæ ponit Salustius de Consulatu Ciceronis in Catilinario: in oratione quarta facta per eundem Ciceronem inuectiua contra Catilinam, dum dixit
16 † Magistratus conditionem miseram. Et vide ea, quæ narrat Boss. de Angelo Aretino, in tit. de carcerato fideiussori committ. num. 33. Sed si
17 benè considerentur verba Doctorum, † Officiales, qui seruiunt, non solum debent remunerari, vt dicit Foll. in Const. Sicut, tit. de Episcop.


& cleric. num. 8. cum seqq. & num. 16. sed eis relaxanda est pęna. Idem Scapp. lib. 3. de scripturis, & illarum probat. cap. 75. num. 7. Carauita, super Ritu Neapol. Ritu 301. num. primo. Angel. de Aret. in §, sed quòd Principi, de iur. nat. gent. & ciuili, num. 7.

Paragraphi vigesimiquarti.

SVMMARIVM.

1 *Bella fiunt, vt potentes puniantur.*
2 *Officiales non debent inuigilare amori.*
3 *Cęsar qua de causa Ouidium relegauerit.*
4 *Abimalech Regis continentia recitatur.*
5 *Hannibal cum captiuis castus.*
6 *Marci Claudij edictum contra libidinem.*
7 *Alexander mulierem ad se adductam non aspexit.*
8 *Scipio Africanus captiuam polluere noluit.*
9 *Totilias nullam mulierem in exercitu violare permisit.*
10 *Amor illicitus causa inimicitiarum.*
11 *Officiales cognoscentes mulieres ad eos venientes pro Iustitia, quomodo puniantur. remissiuè.*

§. 24.



IVsta causa inimicitiæ concipitur contra Officiales: dum inuigilant 1 amori in Ciuitatibus illis, in quibus administrant officia; maximè quando cum illis Sindicator se impedire non potest, de quibus dicebat Bart. in l. ad splendidioris, C. de diuers. offic. & apparit. lib. 12. abusum maximum vigere in mundo, quòd delicta magnatum, & potentum non puniuntur: propter † quod bella contingunt & inimicitię capitales, vt belli furore crucientur, qui à Iustitia comprimi non possunt; secundum Glossam in cap. Apostolicæ, de re iud. lib. 6. nec
2 conuenit † Officialibus inuigilare amori; quia,

Non benè conueniunt, nec in vna sede morantur
Maiestas, & Amor.

Immò Imperatores Romani erant tam inimi
3 ci amori profano quòd † Cæsar Ouidium relegarit propter librum de Arte amandi: de quo exilio mentionem facit ipsemet de Tristibus, in illis Carminibus:

In spice dic titulum, non sum præceptor Amoris,
Quas meruit pęnas, iam dedit illud opus.

Et legitur de circumspectione nonnullorum Regum antiquiorum erga mulieres, & præser-
4 tim de Abimalech † Palestinorum Rege, qui visa pulchritudine Rebeccæ iocantis cum Isaac vi-

ro suo, præcepit omni populo dicens: qui tetigerit hominis huius vxorem, morte moriatur.
5 Genes.cap.26.& Hannibal † Carthaginiensium Dux inuictissimus, qui (vt Trogus refert) nũquam inter innumeras captiuas miræ pulchritu-
6 dinis puellas, castitatem perdidit. Et † Marcus Claudius Marcellus, teste Augustino, lib. primo de Ciuitate Dei, cap. sexto. ante captam Vrbem Syracusanam, prius quam Ciuitas inuaderetur, edicto constituit, ne quis corpus libe-
7 rum violaret. † Alexander etiam cognomento magnus, (vt Vegetius libro secundo de continentia Alexandri narrat) cum ei pulchra mulier adducta fuisset, illam non aspexit: sed cum
8 dono remisit. Sic & Scipio † Africanus alterius Scipionis filius, (vt Val.Max.lib. quarto scribit tit.de abstinentia & continentia) virginẽ quandam captiuam polluere noluit. Id idem Totilã
9 † ferocissimum Gothorum Regem ferunt fecisse, cum Romam caperet, vt nulla mulier in toto exercitu violaretur. Hoc fecerunt, quia Amor
10 † illicitus est causa inimicitiarum, teste Terentio in Eunucho.

In Amore hęc omnia insunt vitia,
Iniuriæ, suspiciones, inimicitiæ.

Quapropter non immerito leges insurrexe-
11 runt conrra Officiales † cognoscentes mulieres ad eos euntes pro administratione Iustitiæ; secundum quod dicunt Boer. Decis. 317. Marc. Decis. 729. & Decis. 306. vol. 2.

Para-

Paragraphi vigesimiquinti

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia inter Officiales damnanda.*
2 *Marcus Aemilius deposuit inimicitiam ratione officij, quod habebat cum Fuluio Flacco.*
3 *Claudius Nero cum Liuio Salinatore pacem fecit propter officium.*
4 *Inimicitia inter Lucullos, & Seruilios magna.*
5 *Ariostus de amicitia ficta Officialium loquitur.*
6 *Inimicitia solet esse vt plurimũ inter Officiales.*

§. 25.



1 INimicitia inter officiales damnanda. Lucas de penna, in l. si propter, C. de pot. ad mun. nom. lib. 10. in princ. ꝙ prudenter considerans
2 Marcus † Aemilius Lepidus, cum Fuluio Flacco eius inimico (Censor creatus) eo momento inimicitiam corde sincero deposuit, quam nocituram Reipublicæ videbat. de quo Valer. Max. tit. de reconciliat. Nec immemores eritis quanta fuerit inter Liuium Salinatorem, & Clau-
3 dium † Neronem inimicitia: nam Nero fuit author exilij ipsius Liuij: vicit tamẽ authoritas Senatus, & amor patrię, vt depositis simultatibus quę inter ipsos diu fuerunt, cõmuni consilio Republi-

publicam ad inuicem administrarent. Et de ini-
4 micitijs inter Lucullos,† & Seruilios, dicit Cice-
ro in oratione 37. de Prouincijs Consularibus,
sub istis verbis: Quæ fuerunt inimicitiæ grauio-
res in Ciuitate quàm Lucullorum, atque Seruilio
rum, quas in viris fortissimis non solum extinxit
Reipublicæ dignitas, sed etiam ad amicitiam, con
suetudinemq; traduxit. Sed in Curijs inter Offi-
ciales nihil aliud regnat nisi inimicitia, & amicitia
5 ficta, quapropter benè dixit Ariostus, † loquẽdo
de Curijs Cant. 44. cantil. 1. in fine.

Oue la caritade in tutto è estinta
Ne si vede amicitia, se non finta:

Et comprobatur inimicitiam esse inter Officiales
6 † ex verbis Ciceronis in epistola ad Lentulum, in
illis verbis: Senatus Religionis calumniam non
religione, sed maleuolentia, & illius Regiæ largi-
tionis inuidia comprobat. Ac etiam in 2. Epist. ad
eundem, dum loquitur de altercationibus Offi-
cialium: Propterea quod dies magna ex parte
consumptus est altercatione Lentuli Cõsulis, &
Caninij Tribuni Plebis. Et Cyprianus epist. lib. 2.
Sęuit inuicem discordantium rabies, & inter to-
gas pace rupta, forum litibus mugit insanum.

Paragraphi vigesimisexti.


SVMMARIVM.

1 *Inimicitia inter amicos grauis.*

2 *Com-*

2 Compater iniurians, iniuria dicitur grauis.
3 Inimicitia inter coniunctos grauissima dicitur, & qua de causa causari solet inter eos.
4 Litigium inter consanguineos malum.
5 Fratrum gratia rara.
6 Romani semel in anno pro pace cōniuia faciebāt.
7 Discordia vocatur inimicitia inter coniunctos.
8 Discordia quid sit.
9 Amor vbi, ibi facilior indignatio.

§. 26.



1 SI inimicitia, quæ est inter amicos est grauis, † vt dicit Andr. in c. 1. §. turpiter insuerit, in addit. col. 2. quibus modis feud. aminitt. Ripa, in l. fin. C. de reuocand. donat. num.
2 43. & † iniuria, quæ fit à compatre, sit grauior, Crauetta consil. 168. in fine, quanto debet esse grauior illa, quæ insurgit contra affines, & consanguineos: solet enim ista inimicitia causari in-
3 ter eos ob inuidiam. † Fulgos. cons. 15. in fine.
4 Vel † per litem: Ideò turpe esse litigiū inter consanguineos dixit Rom. in l. fratris tui, C. de transact. num. 4. Hinc & Cato bene dixit.

Litem inferre caue, cū quo tibi gratia iuncta est.

Sed hodie (vt dicitur Matth. 24. & Marci 13.) tradet frater fratrē in mortem, & pater in filium cō surget. & filij in parentes, & morte eos afficient. Super quæ verba Gregorius ait, minorem dolo-

rem

rem mala faciunt, quæ ab extraneis ingeruntur: plus enim ea in nos tormenta sæuiunt, quæ ab illis patimur, de quibus minus præsumebamus.
5 Ideò dicitur,† quod

Fratrum quoq; gratia rara est.

l.cum pater,§.euictis,ff. de leg. 3.l.cum oportet, C.de bon.quæ lib. & quod legitur de Aetheocle, & Polynice, de Cayn, & Abel; Et apud Ouidium.

Et noua fraterno venit concordia fumo,
Quam vetus accensa superat igne pyra.

Et de Romulo, & Rhemo notissima est historia apud Liuium lib. 1. ab vrbe condita. Et dicitur, quòd sicut fratres se suprà modum amant, ita & suprà modum se odio prosequuntur. Et de inimicitia fratrum cum Ioseph, vide de bello Iudaico, Iosephum, lib. 2. Heredorus scribit, Euristenem, & Proclem fratres, vbi adoleuerunt, per omne vitę tempus inter se dissensisse, & eorum posteros itidem in dissensione perseuerasse. Et notum est, quemadmodum Etheocles, & Polynices fratres, mutuo dissidio, ad certamen, & mutuā mortem venerint, regnandi libidine. Et quantum sit mala inimicitia inter coniunctos, demostratur:
6 Nam sapientes † Romani, conuiuia ad pacem semel in anno celebrabant, vt refert Val. Max. lib. 2. tit. de instit. Rom. Conuiuium etiam solenne maiores (vt dicit) instituerunt, cui preter cognatos, & affines nemo interponebatur, vt si qua inter necessarias psonas querela esset exorta, apud sacra mensæ, & inter hilaritatem animorum fau-

toribus


toribus concordiæ adhibitis, tolleretur; Hāc ini-
7 micitiā inter coniunctos † discordiam vocari ait
8 Isydorus, dum dicit, quòd † discordia est aliquorum diuersio, quos prius amoris vinculum colligauit:
9 & † vbi maior amor, ibi facilior indignatio. Ioannes Faber, in l. cum post, §. autem, C. de post. hæredib.

Paragraphi vigesimiseptimi.

SVMMARIVM.

1 *Amor est principium generationis.*
2 *Concordia coniugalis est cuiq; lucro præferenda.*
3 *Humanum genus per nuptias conseruatur.*
4 *Viduis an sit nubendum.*
5 *Inimicitia capitalis qua de causa oriatur inter virum, & vxorem:*
6 *Odium quid operetur inter coniuges.*

§. 27.



Nimicitiæ inter coniuges sunt vitandę: nā prolis generationem, q̄ principalis finis matrimonij esse dicitur impedire solent: quia se-
1 cundū Philosophum, Amor † est causa, & principium generationis, vt in auth. quibus mod. nat. efficiantur legitimi, §. illud. Et sic inter virum, & vxorem debet esse amicitia. Ita sentit

tit Bald.in l.cum multæ, 2.col.vers.ibi, simplices, C.de donat.ante nupt. Propter quod dicit lex ci-
2 uilis, q † cōcordia coniugalis cuiq; lucro venit pre ferenda, vt l.reprehendenda, C.de instit.&substit. sub condit. Ob id dicit Apostolus: Viri, diligite vxores vestras: Propter quod homo relinquet patrem, & matrem, &c. Sunt enim duo in carne vna. Ad Ephes. c.5.& in c.gaudemus, de diuort. Sunt enim consortes diuinæ, & humanæ domus, l.aduersus, C.de crim.expil. hęred. Non immeritò igitur summa ope inter eos reciprocus amor debet conseruari. Et in hoc versatur fauor, per so-
3 las enim nuptias conseruatur genus † humanũ, vt in Auth.de nupt.in princ.col.4.vbi text. dicit, q nuptiæ immortalitatem præstant humano generi, & pro non habēda inimicitia ista, nemo de-
4 bet nubere cum vidua, quia nubens † cum vidua, habet iurgia. Guil.de Bened.in Repet. c. Rainutius, in verbo, qui cum alia matrimonium contrahens, num.82. parte 2. & quod sępissime sint rixę inter virum, & vxorem, dicit Ariostus in cantu 5.2.cantilena:

Ch'abomineuol peste che Megera
E venuta à turbar gli humani petti,
Che si sente il marito è la mugliera
Sempre Garir d'iniuriosi detti.

Et Iuuenalis satyra Sexta.

Semper habet lites, alternaque iurgia lectus
In quo nupta iacet.

5 Oritur inimicitia capitalis inter virum † & uxorē


propter adulterium, & ob repudium. Lucas de penna, in l. 1. col. 2. C. de his, qui se desc. lib. 10.
6 q † odium operatur, vt ad virum redire non teneatur, etiam sub fideiussione de non offendendo. Hippol. Rim. cons. 81. num. 10. & 41. inter cōsilia matrimonialia diuersorū, folio, mihi 178.

Paragraphi vigesimiooctaui

SVMMARIVM.

1 *Monitio debet præcedere vindictam.*
2 *Protestationes quare faciendæ.*
3 *Præmeditatio malorum lenit eorum aduentum.*
4 *Protestatio cui debeat fieri.*
5 *Protestationis virtus.*
6 *Protestatio triplex.*
7 *Inimicitiæ fugiendæ, & quare.*
8 *Protestatio Romanorum cum Pyrrho Rege Epirotarum.*

§. 28.



Nte quam aliquis sumat arma contra inimicum vtatur protestatione: vt se contineat, vel à maledicendo, vel à malè operando, nam monitio
1 † semper debet præcedere vindictam, Glos. in c. fin. de vita, & honest. cleric. Pro-
2 testationes † vt plurimum fieri solét ex quadam proui-

prouidentia, & præmeditatione eius, quod potest accidere, quod prudentes viri solent conspicere: quia (vt inquit Boetius,) non quod ante oculos situm est, sed quod rerum exitus ferunt, prudentia metitur. Et Terentius in Adelphis: *Istud est sapere, nō qđ ante oculos mō est, videre. Sed etiam quæ futura sunt prospicere.*

3 Et Cicero sic ait: Præmeditatio † futurorum malorum lenit eorum aduentum. Tunc enim pro ratione viues, si omnia prius affines, & perpendas. De iure protestatio † debet fieri

4 aduersario, qui potest lædi, l. si mandassem, ff. mand. & ista protestatio operatur talem effectū,

5 quod monitiones factæ, ne aliquis conuersetur cum vxore alicuius, per tres vices coram testibus, faciunt, vt possit ille monitus impunè (si conuersetur) occidi. Afflic. in Const. Pacis cultum, numero 31. Protestatio † enim triplex est:

6 Dispositiua, Conseruatiua, & Declaratiua. Afflict. in Constitutione, Iurisgentium, num. 7. lib. primo. Tanto magis debemus facere has protestationes prius, quia ad faciendum eas monet nos Terentius in Eunucho.

Omnia prius experiri consilio, quàm armis sapientem decet.

7 Nam, qui fugit inimicitias, † non dicitur lædi, & fugit impensas, & lites. Oddo Sfortia, parte secunda, q. 85. num. 46. & seqq. & Sap. c. 20. Honor est homini, qui separat se à contentionibus. Omnes autem stulti miscentur contumeliis.

melius. Exemplo etiam Romanorum protestatio præmittenda est; nam Consules Romani ita
8 † protestati sunt ante motum armorum contra Pyrrhum Regem, eidem in hunc modum scribendo. Nos pro tuis iniurijs continuo animo strenuè commoti, inimiciter tecum bellare studemus; Sed communis exempli, & fidei gratia, visum est, vt te saluum velimus, vt etiam quem armis vincere possimus, & c. Ad nos venit Niceas familiaris tuus, qui sibi pretium à nobis peteret, si te clàm interfecisset, id nos negauimus velle, † nevè ob eam rē quicquam commodi expectaret, & simul visum est, vt te certiorem faceremus, ne quid huiusmodi si accidisset, nostro consilio Ciuitates putare dicfactum: & quod nobis non placet pretio, aut præmio, aut dolis pugnare, tu nisi caueas iacebis. Et ad propositum hodie Prorex Regni, antequam veniatur ad priuationem armorum contra armigeros, mandat fieri eis has monitiones, vt se reducant ad meliorem vitam; quæ monitio iudicio meo fuit capta à Paride de puteo in tract. de Sind. in tit. Iudices, cap. sexto, num. 8. vbi dicit, quod ista monitio non infamat.

Paragraphi vigesiminoni

SVMMARIVM.

1 Inimicitia inter mulieres.

2 *Pulchritudinis contentio inimicitiam generat inter mulieres.*
3 *Sexus mulierum iniuriis bellicat.*
4 *Mulieres cur sint proditrices.*
5 *Viricidium est maius quam parricidium.*
6 *Ioannæ Reginæ Neapolis proditio.*
7 *Scylla patrem occidit per insidias.*
8 *Certamina mulierum remissiuè.*

§. 29.

1 INimicitia cadit inter mulieres: † Bar. in l. vnica, C. de his, qui se defe. num. 6. lib. 10. Vt legitur de duabus mulieribus inter se contendétibus pro filio, coram Salomone. Et prima causa inimicitiarum inter eas est
2 contentio † pulchritudinis, hoc dicit Ouidius lib. 11. Methamorph.

Et si qua est illic formosior, inuidet illi.

Et Musęus.

Nam ob pulchritudinem inuidæ sunt fęminæ.

Et Iustinus lib. 39. suarum Histor. dicit, quod se-
3 xus † mulierum iniurijs belligerat, arma quarum ad vindictam sunt insidiæ. Tiraq. de leg. Connub. in Glos. 1. leg. 8. nu. 21. cum pluribus seqq. vbi connumerat varias mulierum insidias. Et Cato sic dicit ad propositum,

Instruit insidias lachrimis dum fœmina plorat.

Hoc idem dicit Alber. in l. filia in orbitate, C. de inoffic.

inoffic.test. Et Virgil. Aeneid. 4.

Illa dolos, dirumque nefas in pectore versat.

Et ratio est in promptu, cur mulieres, sint proditrices; quia sexus femineus non vtitur ferro; vt dicit Papinius in Siluis.

Stat sexus rudis, insciusque ferri.

Et de quadam muliere, quæ interfecit virum per
5 insidias dicit Val. Max. in tit. de Iud. lib. 8. † Viricidium est tam graue delictum, quod illud perpetrare, est magis scelestum quàm patrem occidere. Guliel. de Bened. in Repet. c. Rainutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. num. 245. & de alijs insidijs legitur, quod Ioanna Regina
6 † Neapoli, cum esset sine prole, vocauit Alphonsum, & eum adoptauit in filium, anno 1415. con
7 tra quem parauit insidias, sic & Scylla † (vt fabulosè legitur) filia Regis Nisi, amoris impatiens, patrem per insidias interemit, vt legitur apud Ouid. lib. sexto Methamorph. Et quod olim fue-
8 runt certamina inter mulieres, † dicit Tiraquellus de leg. Connub. Glos. 1. parte 2. num. 49.

Paragraphi trigesimi

SVMMARIVM.

1 *Inimicitiæ capitales quo loci in iure connumerentur.*

2 *Inimicitia Capitalis quot modis contingere dicatur.*

3 *Inimicitia capitalis ex litigio quando oriatur.*

4 *Inimicitia capitalis procedit ex causa matrimonij, & status.*

5 *Inimicus capitalis dicitur, qui turbat aliquem in honore iam decreto.*

6 *Inimicitia capitalis oritur ex tortura.*

7 *Iudex qui condemnat aliquem ad mortem, an efficiatur inimicus capitalis cum consanguineis.*

8 *Inimicus capitalis dicitur, qui occidit meum consanguineum.*

9 *Inimicus capitalis est ille, qui detinet vxorem alterius.*

10 *Inimicus capitalis est ille, qui detinet per vim aliquod prædium.*

11 *Inimicitia capitalis oritur ex facto inhonesto.*


12 *Inimicitia capitalis orit. ex vulnere i facie islicto.*

13 *Aduocatus, quando patrocinatur in causa capitali dicitur capitalis inimicus.*

14 *Inimicus capitalis dicitur qui sponte contra aliquem testificatur.*

15 *Inimicitia capitalis relinquitur arbitrio iudicis.*

§. 3.



1 Nimicitiæ capitales connumerantur per Glos. † in c. oportet, super verbo inimicos, extrà de accusat, per Marf. in l. prima, §. ptereà, ff. de quest. num. 23. & Glos. in l. licet, ff. de arbitr. dicit, ꝙ duobus
2 † modis contigit capitalis inimicitia: Primò, quando

quando aliquis minatur te velle occidere; nam isto casu dicitur esse capitalis inimicitia inter te, & ipsum minantem. Rol. à Vall.cons. 64. vol.2. num. 32. Secundò, contingit capitalis inimicitia quando aliquis accusat aliquem de crimine capitali; Farinacius in tit. de indit. & tortura, quæst. 49. vol. 2. Et quomodo isthæc procedant, cum limitationibus, & ampliationibus, ipse Farinacius benè dicit. Decian. lib.3.tit.Inimicitiæ causa, capit.25. num. 44. vol. primo. Iason autem comprobando has duas inimicitias capitales, addit tertiam, in l. procuratoribus, C. de procur. num.5.vbi dicit, quòd ex verbalibus iniurijs contrahitur inimicitia capitalis: & dicit hoc esse notandum, quia quilibet diceret contrarium. Amplia, vt hæc procedant, etiam si inter alios fuerint verba altercatoria. Bald. in c. veniens, in fine, de iureiur. Roland.à Vall.cons.24.num.38.
3 vol.primo. Itē capitalis † inimicitia contrahitur, quando de omnibus bonis, vel de maiori parte lis intentatur. Comunem allegat idem Farinac.in tit.de indic.& tort.qō.49.num. 2.quam ampliat ibi in seq.numeris, & limitat, prout in num.10.
4 Item dicitur inimicitia † capitalis illa, quæ procedit causa matrimonij, ut dicit Iacobus Leonissa, in cons. 49. num. 25. inter cons. crim. diuers. Blanchus in Repet.l.fin. ff. de quæst.num.1.14. circa medium. Vel quando intentatur alia causa respiciens statum Monachationis, uel filiationis. Idem Farinacius in tit, supradicto, n. 21. & 22.

5 Item dicitur capitalis inimicus, quando aliquis turbat aliquem in honore iã decreto, quia quã-uis non detur actio propter turbationem in honoribus, vt voluit Ioannes Faber, in §.aliam, Instit.de bon.poss. per l.iniuriarum, §.si quis de honoribus, ff. de iniur. tamen hoc est uerum in decernendis, secus in iam decretis. Bald. in l. obseruare, §.antequam, ff. de offic. Proconsul. &
6 legati, in fine primæ lecturæ. Item oritur † inimicitia capitalis ex tortura illata, immò ex sola carceratione semper durare presumitur, nisi contrarium probetur. Idem Decianus tit. Inimicitiȩ causa, capit. 25. num. 43. Ac etiam quando
7 Iudex † condemnat aliquem ad mortem, contrahitur inimicitia capitalis ex parte propinquorum cum Iudice. Idem Farinacius, numero 71.
8 Item quando aliquis occidit † consanguineum, vel affinem meum, l. fin.§.nisi, de sponsalibus.
9 Item qui uxorem alterius detinet. † Item quan-
10 do detinetur aliquod † prȩdium inuito domino: nam dicit Cicero in orat. prima pro Quintio: Etenim si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur, necesse est eum qui amicum, socium, affinem, fama, ac fortunis spoliare conatus est, iste vanum se, & perfidiosum,
11 & impium esse fateatur. Item † inimicitia oritur
12 ex facto inhonesto. Item ex vulnere in facie inflicto. prout hȩc, & alia cumulat Hier.Gig.in tractatu de crimine lȩsȩ maiest.quȩst.2. per totum. Et Mascard.vol. 2, conclus. 898. Item Aduocatus,

13 tus, † seu procurator, quando patrocinatur in causa criminali, dicitur inimicus capitalis. Bar. in l. 3. ff. de adim. leg. Decian. vbi supra, num. 59. Farinacius supradicto tit. num. 73. Item dicitur ini-
14 micus † capitalis, qui spõte contra aliquem testificatur in causa criminali. Idem Decian. nu. 62. & quæ dicantur inimicitiæ capitales vide supradictos Doctores suprà allegatos, & præsertim Decianum, & Farinacium, qui multa collegerũt in hac materia, & quidem doctissimè. Sed to-
15 ta consideratio † inimicitiæ capitalis relinquitur arbitrio Iudicis, qui arbitrabitur attenta causa, loco, & statu personæ. Bald. in Auth. Si dicatur, C. de test. Clar. in q. 24. versic. Item quæro. Dicitur etiam quis inimicus capitalis quando accusat aliquem de aliquo crimine de quo tertia pars bonorum veniret publicanda. Angel. super Instit. §. item propter litem, Instit. de satisd. tut. numero tertio.

Paragraphi trigesimiprimi

SVMMARIVM.

1 *Inimici capitales non admittuntur ad denunciandum, nec ad testificandum neq; etiam ad accusandum de iure Canonico nisi in criminibus exceptis: secus de iure Ciuili.*
2 *Inimicitia capitalis remouet à iudicando.*
3 *Inimici capitales excusantur à tutela.*

4 *Procuratorium reuocatur ob inimicitias capitales.*

5 *Legatum reuocatur propter inimicitias capitales.*

6 *Vasallus si non petierit inuestituram infra annum, excusatur ob inimicitiam capitalem.*

7 *Vasallus per quas inimicitias perdat feudum.*

8 *Inimicitia capitalis quando præsumi faciat homicidium.*

9 *Inimicitia capitalis annullat electionem Episcopi alicuius Ciuitatis.*

10 *Inimicitia capitalis impedit examinationem testium.*


11 *Fama publica habens ortum ob inimicis capitalibus, non est in consideratione.*

12 *Vir obligando se, vt perpetuò commoretur in domicilio vxoris, excusatur ob inimicitiam capitalem.*

13 *Inimicitia capitalis superueniens cum arbitro, extinguit compromissum.*

14 *Inimicus non venit in generali prouisione.*

§. 31.



Ffectus inimicitiæ capitalis multi sunt: & ponuntur per Marsilium, in l.prima, §.præterea, ff.de quęst. num. 23. cum plur. seqq. & primus effectus est, ꝙ de iure Canonico inimici † capitales non admittuntur ad denun-

nunciandum, nec ad testificandum, nec ad accusandum: nisi in criminibus exceptis, vt not. in cap. cum oporteat, in cap. licet Heli, de simon. & in cap. per tuas, eod. tit. Glos. 3. in cap. accusatores, 3. q. 5. cap. quia suspecti, 2. q. 5. quod procedit de iure Canonico: secùs de iure Ciuili. Hier. Zanet. inter tract. diuers. tomo primo, nu. 3. fol. mihi 199. Decian. lib. 3. tit. inimicitiæ causa, c. 25. lib. primo. Secundus effectus est, quòd
2 inimicitia capitalis remouet à iudicando, vt in c. quia suspecti, extra, de accusat. l. si pariter, ff. de
3 lib. caus. Tertius effectus est, quòd inimici † capitales excusantur à tutela, vt l. athletæ, ff. de excusat. tut. Quartus est, quòd propter inimicitias
4 † capitales, intelligitur reuocatum procuratorium, vt l. procuratoribus, C. de procurat. Ioannes Andreas in cap. 2. de procurat. lib. sexto, & facit etiam vt fideiussor possit petere liberari à fideiussione. Alber. in l. si pro ea, C. mand. num. 2. quod intellige, quando inter eos est orta inimicitia facto debitoris, vt ait Marsil. in l. prima, §. præterea, ff. de quæst. nu. 30. Quintus effectus est, quòd propter inimicitiam capitalem vide-
5 tur tacitè † legatum reuocatum, vt l. si inimicitiæ, ff. de his, quibus vt indign. & Bart. in l. 3. in fine, ff. de adim. legat. Sed Mascard. de probat. conclus. 1156. num. 23. vol. 3. dicit, quòd per reintegrationem, & reconciliationem, consequitur dictum legatum legatarius. Sextus effectus
6 est, quòd † Vasallus excusatur ob inimicitias capitales,

capitales, si non petierit inuestituram infra annum. Afflict. in cap. sancimus, quo tempore miles, num. 21. Septimus effectus, facit, quòd per
7 has inimicitias † Vasallus perdit feudum, vt in capit. primo, quibus modis feud. amitt. Octa-
8 uus, quod si quis reperitur interfectus † & nescitur à quo occisus, si habet inimicum capitalē, præsumitur interfectus ab eo, & posset poni ad torturam ex hoc solo, vt dicit Hipol. in l. prima, §. præterea, ff. de quæst. num. 24. Sed eius opinio non est vera: quia cum ista inimicitia debet concurrere aliud inditium: allegat Comunem Farin. in tit. de indit. & tortura, q. 49. nu. 89. vsque ad num. 102. vol. 2. Nonus effectus, infringit ele-
9 ctionem factam per Papam Episcopatus † dati in personam inimici illius Ciuitatis, in qua prelaturam exercere debet, causa euitandi scandalum. Innocent. in cap. super his, de accusat. Decimus
10 impedit examinationem † testium. Crotus de testibus, vers. expeditis, num. 9. Vndecimus nā
11 fama † publica habens ortum ab inimicis capitalibus, non est in consideratione. Ber. Bomb. consil. 68. num. 6. Ac etiam alios effectus producit, de quibus vide per Farinacium, q. 49. volum. 2. per totam. Duodecimus, producit etiam alium effectum, quod licèt valet pactum in matrimonio initum, quòd vir teneatur commorari per-
12 petuò in domicilio vxoris, ex inimicitia † excusaretur. Capell. Thol. q. 87. Tertiusdecimus, Ini-
13 micitia † capitalis etiam superueniens cum arbitro,


bitro, extinguit compromissum. quæ omnia intelliges, vt dicit Blancus in tract. de comprom. q.7. num. 14. vsque ad 16. Quartusdecimus, inimicitia capitalis producit istum effectum, quod
14 inimicus † non venit in generali prouisione, & ideò licentiam habens infeudandi, non potest infeudare inimico ipsius domini. Freccia de origine Baronum, num. 49. lib. primo. fol. 8.

Paragraphi trigesimisecundi.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus excusatur à petitione Inuestituræ infra annum, ob inimicitias.*
2 *Dominus si minatur offendere vasallum, istæ minæ inducant iustum metum.*
3 *Minæ ex qualitate minantis considerantur.*
4 *Tempus quando incipit currere ad petendum Inuestituram.*

§. 32.



1 SI inimicitia capitalis excusat Vasallum, † si non petierit Inuestituram infra annum, ut supra diximus, per doctrinam Afflic. in c. sancimus, quo tempore miles. num. 21. si do-
2 minus † minatur uasallo ipsum offendere in persona, uel in rebus, an ulterius sit sufficiens metus ad ipsum

ipsum excusandum? Andr. de Iser. in c. 1. quo tempore miles, dicit uerbalem comminationem non sufficere; ut in Auth. de nupt. §. mater. l. fin. C. de reuocand. donat. uerùm quòd sumitur coniectura ex persona minantis, utrũ solitus sit hoc facere. Angel. in l. si quis negotia, ff. de negot. gest. & dicit Bart. in l. famosi, §. hoc tamen, ff. ad
3 leg. Iul. maiest. ꝙ † ex qualitate minantis considerandum est, an minę inducant iustum metum, puta, quia minans solitus sit minas executiotioni mandare. Faciunt quæ dicit Angel. cons. 215. & Ancar. cons. 299. Pan. & Felin. in c. 1. de offi. & potest. iud. deleg. & Glos. sing. in c. cum dilectus, extrà, quòd met. caus. ubi dicunt, quòd uerba minatoria inducunt iustum metum, considerata qualitate personarum. Et quanto tempore durabit ista excusatio inimicitiæ? dicit, ꝙ durabit per totum tempus concessum à lege ad petendam Inuestituram, quo tempore transacto, habebit adhuc tantundem temporis, quo secundo tempore elapso, non excusabitur, quia tenetur ire, aut mittere procuratorem, secundum ea, quę traduntur in Auth. Ei qui, C. de tempor. appell. aliàs sequeretur unum absurdum, quòd si inimicitiæ essent perpetuæ, quòd numquam teneretur petere Inuestituram, secũdum Andręam de Isernia, quod non est dicendum. Sed si pendente primo tempore anni, sopitę sint inimicitię, an Vasallus habebit adhuc integrum tempus, uel solum illud, quod supererat? dicunt Do


ctores, quòd habebit integrum; quia cessante
4 † impedimento, incipit currere hoc tempus, arg. l. quod tempore, C. de restit. milit.

Paragraphi trigesimitertij

SVMMARIVM.

1 *Leuis causa quæ dicatur. remissiuè,*
2 *Inimicitia leuis reuocat procuratorium.*
3 *Inimicitia parua non repellit testem.*
4 *Differentia inter inimicum capitalem, & non capitalem, remissiuè.*
5 *Magister notarius recipiens informationes à principio tenetur iuramentum deferre testibus de inimicitia.*
6 *Testis inimicus si iurauerit se non esse inimicum, quomodo, & qua pœna puniatur.*

§. 33.



DE inimicitia leui multa ponit Lucas de penna, in l. I. C. de his qui se defer. lib. 10. quia ex leui causa oritur. Quæ autem dicatur causa
1 † leuis, dicit Afflict. in Constit. Priusquam, lib. I. num. I. & primò leuis inimicitia dicitur, quando aliquis dixit, non diligo talem. Farinac. in tit. de Indit. & tortura, q. 49. num. 49. uol. 2. cũ pluribus seqq. Secundò, quando aliquis

non

non salutat, nec alloquitur, prout erat solitus. Idem num. 54. Tertiò expulsus à domo. Idem
2 nu. 81. & 82. Quartò reuocat † procuratorum inimicitia leuis. Alban. in l. procuratoribus, C. de procur. num. 2. Glos. & Doct. in l. filius, §. procuratores, ff. mand. Quinto leuis inimicitia contrahitur in litigio etiam maioris partis bonorum, quando esset lis super possessorio, & non super petitorio. Farinacius vbi supra, nu. 10. & 15. Vel quando agitur de aliquo incidenti ad causam. Sextò ex ablatione, & spoliatione alicuius rei parui momenti. Idem num. 16. Septimo amicus familiaris, & habitans cum inimico meo dicitur inimicus; sed non capitalis. Idem num. 61. Octauo quando aliquis producitur in testimonium contra aliquem in causa criminali. Idem
3 num. 77. Nono quod parua † inimicitia non repellit testem. Nellus de test. num. 3. quæ omnia regulantur arbitrio Iudicis. Idem Nellus nu. 4. & Crotus de test. num. 169. vers. circa tertiū.
4 Et quænam sit differentia † inter inimicum capitalem, & non capitalem, dicit Hieronym. Gig. de crim. læsæ maiest. lib. secundo, q. 2. num. 37. In Regno isto Siciliæ, est Pragmatica posita in tit. 28. lib. primo, facta per eccellentissimum Ferdinādum Gonzagam Proregem. vndecimo Octobris, tertiæ decimæ Indictionis, 1593. per quam
5 mandatur, vt Magister † notarius, seu Commissarius recipiens informationes, ab initio, teneatur de inimicitia interrogare testes, & in margi-

margine ponere causam inimicitiæ. Sed si testis
6 † interrogatus de inimicitia, cum esset inimicus, dixisset, quòd non est inimicus, isto casu punietur extraordinariè crimine Stellionatus, vt dicit Crotus, de test. num. 380.

Paragraphi trigesimiquarti

SVMMARIVM.

1 *Vasallus quando non incidit in priuationem feudi conuersando cum inimicis domini. remissiuè.*

2 *Vasallus cum inimico domini an possit contrahere fœdus matrimoniale.*

3 *Matrimoniale fœdus non sonat in delictum.*

4 *Conuersatio nulla cum hostibus habenda.*

4 *Locutio licita est cum hostibus, dum præliantur.*

6 *Animus nocendi in delictis præsumitur.*


7 *Dux belli non potest cum inimico inconsulto domino conuenire.*

8 *Differentia inter simplicem inimicum, & hostem.*

9 *Hostis iudicatur, qui cum hoste communicat.*

10 *Comites, & Barones Regni non possunt contrahere matrimonia cum Rebellibus, & hostibus.*

§. 34.



VAssallus Contrahens amicitiam cũ hoste non in perniciem domini, non incidit in crimen priuationis
1 feudi. Et quomodo isthæc † procedant, vide Gram. Decis. 18. Andr. in c. porro, quæ sit prima causa benef. amitt. Brun. cons. 114. num. 80. & num. 324. & seqq. Gozad. cons. 90. Dec. cons. 544. Rum. consil. 33. Grat. Cons. j. num. 81. & cons. 51. Afflict. Decis. 307. Socin. iun. cons. 134. vol. 3. num. 36. vbi limitat. Grat. cons. 9. primo vol. num. 59. His igitur
2 præmissis, quæro, an vassallus † cum inimico domini per spe ius matrimoniale, aut alias tractare, seu cum inimico, matrimonium contrahere possit? Iacob. de Sancto Georgio hanc quæstionem disputat in suo tract. feud. in verbo dictique vasalli promiserunt feloniam non committere, vbi dicta per Andræam de Isernia in cap. primo, quæ fuit prima causa beneficij amittendi, col. 10. trāscribit, quorum dicta comemorata sunt in l. liberi, C. de inoff. test. & in cap. vnico, quot testes sunt necessarij, & in l. prima, §. cū patronus, post Glossam, in verbo cum inimicis, ff. de off. præfect. vrb. Alia, & secunda quæstio venit, nunquid inquiri, seu inuestigari prius debet, an re vera matrimonium contractum, & consummatū fuit. Secundò, an ex eo matrimoniali tractatu domino

mino

mino aliquid noxium, & damnosum adue-
nerit, vel successerit, aut euenire poterit? cum
sola matrimonialis copulatio sua natura non so-
net in delictum: Et quod de illis, quibus prius
tractandum esset forte illos monere poterat, l. li-
bertus negociatorius, ff. de oper. libert. dum ille
testi de liberto negociatorio loquitur, an nego-
tiationem, quam patronus in vna Ciuitate exer-
cet, eandem in eadem Ciuitate, & eodem loco
inuito patrono, vtpotè artem vestiariam exer-
cere possit, Si nullam lesionem ex hoc sentiat pa
tronus: itaque videndum est, an ex facto liberti
patronus læsionem patiatur. In hoc casu inqui-
rendum est, an domino huiusmodi matrimo-
nium aliquot damnum erat allaturum, iuxta
Glos. Doct. in cap. primo, in verbo, habuerit,
quib. mod. feud. amitt. col. 10. & in capit. porrò,
in verbo, insidiatus, quæ fuit prima causa benef.
amitt. dicto c. vnico, quot testes sunt necess. &
cap. si voluerit, de Capitan. qui Cur. vendidit,
Presertim vt dictum est, cum fedus † Matrimo-
niale in delictum non sonet, neque de genere
prohibitorum sit, sed verius de genere permisso
rum, dicta l. latè, §. amicos, ff. de verb. signif. quia
nihil aliud est, quàm amicitiam copulare, nisi for
tè ex euentu secuti matrimonij contrarium ap-
pareat: & in ea opinione est Andr. de Isern. in di
cto cap. porrò, in 3. col. quæ fuit prima causa be-
nef. amitt. dum ait: Si non expectato rei euen-
tu dicat aliquis hanc copulam, dolosam esse, te-

netur probare, l.verius, & l.quoties, §. qui dolum, ff. de probat. l.tutor, qui repertorium, ff. de administrat.tut. Donec igitur propositum sit, nulla mala suspitio esse potest, donec igitur ex euentu cognitum sit tale matrimonium domino nociuum esse, ante Vasallus vti ingratus, seu rebellis iudicari non debet, quasi amicitias cum inimicis domini copulauerit. Sed nunquid hoc
4 procedit cum hostibus? † dic quod non, quia cum his nullus tractatus, nullumvè colloquium inscio domino licitum est, quacunque occasione, vel ratione existete: alioquin reus est perduellionis, l.prima, ff. ad l.Iul.maiest. in his verbis, aduersus securitatem teneret, & in fine legis, ibi, qui vt hostibus populi Romani nuncium, literasvè misit, signumque dedit, quid enim inquit Andreas de Isernia, in dicto cap. porrò, quæ fuit prima causa benefic. amitt. col. 10. habet agere subditus loquens cum inimico, & hoste Regis? sed dum
5 † præliantur, licita est locutio, vt dicit Siluest. super Instit. in §. excusantur autem, de excusat. tut. vel Curat. num. 10. in fine. Ideò inquit caueant subditi, antequam enim probent se malo animo hoc non fecisse, ius in vinculis dicere debent, l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re milit. l. si quis in ea culpa, C. de cust. reor. quod vix probare poterunt, l. vix certis, ff. de iud. l. quia plerumque, & l. quia, ff. de interrogat. act. præsertim cum in de-
6 lictis nocendi animus † semper præsumatur, l. prima, C. de iniur. & hac ratione Bart. Bald. Ale-

xan,

xan. & alij, in l. conuentionum, ff. de pact. dicunt
7 non licere duci † belli cum hoste quocunque modo inconsulto Principe conuenire; etiamsi à principe mandatum habeat cum libera, ne fortè contingat sub velamine boni, vel etiam generalis mandati, Rempublicam seu Regis statum lędi: allegat l. mandato generali, ff. de procurat. l. qui Romæ, §. Callimachus, ff. de verb. obligat. Sed ad id melius est text. in l. 3. ff. de coll. illicit. dum ait: in summa autem nisi ex Senatusconsulti authoritate, aut Cæsaris. Cum hostibus autem nulla amicitia debet esse, l. hostes, & l. quos nos, in princ. ff. de verb. signif. ex quibus satis cõstat,
8 latam † esse differentiam inter simplicem inimicum, & hostem, & nihilominus de iure amicitias copulans cum amico inimici, inimicus præsumitur, dicta l. liberi, & alijs ll. suprà notatis. Et dicta l. prima, §. cum patronus, ff. de offic. pręfect. vrb. in Clem. ne Romani, §. porrò, de iureiur. multo magis si cum hoste, cũ per dictam legem postliminium, ff. de capt. & postlim. reuers. qui fędus, seu fidem, vel amicitiam cum hoste copulat, transfuga, & sic hostis fit, & perduellis, per illam legem liberi, & similes, quarum suprà mentionem fecimus. Nota tamen, quòd duo ex illo textu deducuntur ad hoc, vt hostis dici possit: primum, quòd cum inimicis amicitias copulauerat. Secundum, vt in aliis actibus sic versetur, vt inimicus magis quàm fidelis esse credatur. Quę eadem repeti videntur, vt in c. vnico, quot testes

sunt necess. col. 10. & licèt ex dicta l.postliminij, §.in pace, & l.postliminium, ff.de capt. & postlim. reuers. dicitur: Nam cum gente aliqua neque amicitiam, neque hospitium, neque fędus
9 amicitiæ factum est: hostis † nihilominus iudicatur, qui cum eo communicat, vt dicta l.postli-
10 minium, dicitur. Et nota quòd † Comites, Barones, & feudatarij, non possunt dare filias suas in vxores Rebellibus, & hostibus, & hoc vigore Capituli Regni seren. Regis Federici, nu. 54.

Paragraphi trigesimiquinti

SVMMARIVM.

1 *Parentelam contrahentes cum meo inimico meos fieri inimicos.*
2 *Hostis quid sit.*
3 *Hostis quid quærit.*
4 *Inimici familiaris insidiæ.*
5 *Vetruriæ Romanæ contra filium perduellem exemplum recitatur.*
6 *Amicitiam copulare cum inimicis Domini conspiratio est.*
7 *Conuersatio cum inimicis periculosa, & multos effectus operatur remissiuè.*

§. 35.

1 Contrahentes parentelam cum meo inimico, meos fieri inimicos, † dicunt Doct. in c. 1. de procurat. lib. 6. in illis verbis: ibi, autem aduersario affinitate coniungi. Coniunctio enim quæ per affinitatem contrahitur, non tantum suspitionem, sed & diffidentiam parit, l. aut affinitate, ff. de procurat. l. lex Cornelia, in princ. ff. ad l. Corneliam de iniur. & melior text. in dicta l. vnica, §. porrò, de iureiur. in his verbis: Aut aliquo alio præfatæ ecclesiæ, inimico, vel rebelle; Seu ijdem manifestè suspecto, vnionem quamlibet, seu parentelam, aut confœderationẽ iniret. Decian. lib. 7. in tit. de committ. hoc crimẽ circa hostes, & militiam, capit. 13. num. 18. vol. 2. addi potest l. humanitatis, iuncta Glos. interpetratione, in verbo affectu, C. de excusat. tut. l. cui eorum, §. affinitatis, in verbo, præsentes, ff. de post. Accedunt lex prima. 2. & 3. ff. de lib. caus. Si igitur contracta cum simplici inimico affinitate, vel amicitia, talis contracta esse videtur suspitio cum eorum amicis, vel domesticis, vt de iure vitari debeant, quanto magis id in eo dicendum est, qui aperto Marte præcipuè Regis, vel principis, 2 aut Reipublicæ hostis est: cum † quo nullum potest neque esse debet commercium directè, neq; per obliquũ, seu per litteras, aut nuncium,

l. 1. §. fin. ff. ad l. Iuliam maiest. & in c. si inimicus,
3 93. distinct. toto enim studio quærit † hostis domesticum, & familiarem hostem facere, vel conciliare, vt facilius noceat, vt sentit Hern. in dicto c. porrò, in 2. col. quæ fuit prima causa benef. amitt. Venenum inquit ille facilius euitari potest,
4 quàm inimici † familiaris insidiæ: quod Lucas de penna, in l. vnica, C. de his qui se defer. confirmauit. Pro quo est lex prima, §. quid ergo, suprà eodem. l. 1. C. de malef. & matem. Ideo leges in huiusmodi perditos homines optima ratione surrexerunt, vt ex Tito Liuio in 2. ab Vrbe con-
5 dita videri potest, ea ratione, quam † Vetruria Coriolani mater, & perduellem Coriolanum filium suum vrbis obsessorem habuit, & verè perduellem non esse inficiandum. Copulare amici-
6 tiam † cum inimicis domini in damnum domini, conspiratio est, Secundum Glossam in dicto c. porrò, & in l. 1. §. cum patronus, ff. de offic. præ-
7 fecti Vrb. nam † conuersatio cum inimicis, multum periculosa est, & operatur multos effectus, de quibus vide Blancũ in repet. l. fin. ff. de quæst. num. 163. cum pluribus seq. sed hec procedunt in conuersatione longa, alias fallentias cum regula vide in Decian. lib. 3. tit. Inimicitiæ causa, vol. 1. capit. 25. num. 68. cum seqq.

Paragraphi trigesimisexti

SVMMARIVM.

1 *Transfuga inimicus est.*
2 *Transfuga quis dicatur.*
3 *Antoninus Ferrarottus pater auctoris de transfugis quid dixerit.*
4 *Transfuga se hostem facit.*
5 *Transfugam apprahendere veluti hostem licet.*
6 *Transfugis quæ denegantur.*
7 *Transfuga vltimò supplicio punitur.*
8 *Africani punitio in transfugas.*

§. 36.

1 TRansfuga inimicus est, † & ille isto
2 nomine appellabatur † ab antiqs, qui recedebat de terris Principi subiectis, & ibat ad hostes. l. si quis aliquid, §. transfuga, ff. de pen. Secundò dicitur transfuga ille, qui cum esset captus ab hostibus, potest redire, & non vult, l. non omnes, ff. de re milit. Tertiò dicitur transfuga non solum ille, qui ad hostes, ex bello belliq; tempore transfugit; sed etiam is, qui per induciarum tempus, quas vulgus treuguas appellat, ad hostes redit, aut ad eos, cum quibus nulla amicitia, & fide suscepta transfugit,

3 † Antoninus Ferrarottus pater meus in annotat. §. per contrarium, Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. qui enim transfuga est, suo delicto † se
4 hostem facit, nulla alia Iudicis sententia expectata. l. postliminium, §. transfuga, ff. de capt. & postlimin. reuers. l. post contractum, & l. donationes, §. fin. ff. de donat. & de transfugis vide Decianum in tit. de transfugis, capit. 14. lib. 6. vol. 2. Iure enim belli licitum est veluti hostem
5 appræhendere † transfugam, l. transfugam, ff. de
6 acquir. rer. dom. Item denegantur eis ciuium iura, & maximè ius postliminij, l. postliminiũ, ff. de capt. & postlim. reuers. l. item ei succurritur, ff. ex quib. caus. maior. Pœna autem transfuga-
7 rum † est pœna mortis. Clar. qõ. 68. in verbo, transfuga. Et an in isto delicto puniatur conatus? vide multa in dicta q. per Iulium Clarum. Et quod puniatur transfuga pœna mortis, comprobatur exemplo antiquorum: nam & Africanus euerso Punico Imperio, transfugas feris bestiis obiecit, Piso verò in Sicilia similiter, & Africanus euersa Carthagine, transfugas crucibus affecit. Nam & eos occidere impunè licet, l. 3. §. fin. ff. ad l. Corn. de Sicar. Afflict. in Const. Pacta ..... numero 7.

Paragraphi trigesimiseptimi

SVMMARIVM.

1 *Occidere hostes consanguineos an liceat.*

2 *Fi-*

2 *Fiscales non sunt obligati exercere officium contra consanguineos.*

§. 37.



I liceret occidere hostem de qua materia vide Guiliel. de Benedict. in tract. suo, An liceat peccatores occidere: non tamen est licitum
1 occidere hostem † consanguineũ. Bart. in l. si adulterium, cum incestu, §. si liberto, ff. de adult. Idem in l. postliminium, §. si filium, ff. de capt. quod nota pro Fiscalibus: Nam licèt sint obligati exercere officium contra omnes indistinctè sine aliquo respectu, nihilominus non tenentur exercere dictum officium contra con-
2 sanguineos: † quia ratio est in promptu; nam nemo carnem suam odio habuit. Vt notat Carauita, super Ritu Neapol. Ritu 19. numer. 10. & seqq. & ego ita feci dum essem fiscus Curiæ Straticotialis Vrbis Messanæ in Anno 1593. cum esset prosequtus quidam meus consanguineus de ictu sclopeti, qui vocabatur. I. N. nolui me impedire in dicta causa, & ita dixi Straticoto tunc temporis, quapropter fuit commissa captura informationum prædictarum, vni ex coadiutoribus Fiscalibus eiusdem Curiæ.


Pa-

Paragraphi trigesimioctaui

SVMMARIVM.

1 *Banniti sunt hostes.*
2 *Comes excellentiss. Oliuarum laudatur.*
3 *Alphonsus Seren. Rex huius Regni extollitur.*
4 *Foriudicati sunt inimici.*
5 *Latrones sunt inimici.*
6 *Differentia inter furem, & latronem.*
7 *Latrones non audiuntur appellantes.*
8 *Excommunicati reputantur inimici.*
9 *Infideles sunt hostes.*
10 *Hęretici habendi sunt pro inimicis.*

§. 38.



VNT aliqui, qui inimici reputandi veniunt. vt Banniti, Foriudicati, Latrones, Excommunicati, Infi-
1 deles, & Hæretici, † Nam Banniti sunt hostes Reipublicæ, Bart. in l. amissione, §. qui deficiunt, ff. de capit. diminut. l. 3. §. fin. ff. ad l. Corneliam de sicar. Ias. in l. in suis, ff. de lib. & posth. num. 27. & pro transfugis eorum Ciuitatis assumendi sunt, quia iura omnia Ciuitatis amittunt, & illis tamquã transfugis bellum statutum est, l. si quis ingenuam, §. fin. ff. de capt. & postlim. reuers. & sicut seruus

re-

rebellis in Dominum, rectè hostis Domini dicitur, sic Ciuis in Ciuitate: l. amissione, §. qui deficiunt, ff. de capit. diminut. Quapropter lau-
2 dandus est Excellentissimus † Comes Oliuarum, Prorex huius Regni Siciliæ: nam inter alia, quæ per eum memoratu digna acta fuerunt, fuit Regnum hoc expurgatum à Bannitis, quæ expurgatio Bannitorum, est magna laus in Principe, hoc patet: nam Rex olim huius Regni Serenissimus
3 Alphonsus † laudatur, ex eo quod extirpauit à Regno Bannitos, vt est videre in proœmio Capitulorum huius Regni secundum impressionē antiquam; vbi fit mentio de dicto Rege: Secun-
4 dò, Foriiudicati † etiam sunt inimici, immò hostes publici sunt reputandi. Afflict. in Const. pœnam eorum, lib. 2. num. 72. Et cum eis non est habenda pax. Idem Afflict. in Rubrica, de
5 pace iuram. firm. Tertiò, Latrones sunt inimici, vt dicit Afflict. in supradicta Rubrica: isti enim sunt illi, qui consueuerunt furari in via publica. Doctor. in l. capitalium, §. famosos, ff. de pœ-
6 nis. Et est differentia † inter Furem, & Latronē: nam Latro dicitur ille, qui per vim furtum committit, fur verò est sine violentia. Bald. in Auth. Sed nouo iure, C. de seru. fugit. & isti famosi
7 Latrones † non audiuntur appellantes, nec capti in flagranti crimine: Glos. in l. edicto, §. fin autē, C. de edicto diui Adr. toll. l. obseruandum, ff. de offic. præsid. & contra istos Latrones debet procedi sine dilatione, & solennitate, vt in c. Regni

Siciliæ Sereniſſimi Regis Martini, num. 51. Et de latronibus vide ea, quæ ponit Decianus titulo de Latronibus & Pyrat.cap.29.vol.2. Quartò,
8 † excomunicati ſunt reputandi inimici; nã omnium ſubſidio carere debent, cap. corripiantur, 24.q.3.l.hi qui,C.de apoſt.& habentur pro mortuis, Bart.in l.Barbarius,ff. de off.Præt,Innocẽt. in c.grauem, de ſent.excomm.Orbati enim ſunt omnibus actibus ciuilibus, cap. pia; & ibi Andræas, de except. lib.6.gloſ.in cap. decernimus, de ſent.excommunic.in ſexto. Quintò Infideles
9 † ſunt hoſtes Chriſtianorum,l.fin.& ibi Bald. C. de capt. & per Franciſcum Aretinum in Auth.
10 Nauigia, C. de furtis. Sextò Hæretici † inimici ſunt. Bart.in l.ſi dotale, ff. ſol. matr.num. 9. Et quãto odio huiuſmodi nefandiſsimos proſequuti ſunt Pontifices, patet, dum, ne alios inficiant, à Chriſtianorum conſortio repellendos illorum decretis cautum extitit. Bald.in l.nullus,C.de ſacroſanct.Eccleſ. Et ſunt reiiciendi ab vrbe, ad ſimilitudinem peſte laborantium.Bald.& Paul.de Caſtro in l.2. C. de ſumma Trin. & fide Cath. Alex.in l.caſus, C. de teſt.


Paragraphi trigeſiminoni

SVMMARIVM.

1 *Inſtigatores qui dicantur.*
2 *Differentia inter delatorem, & accuſatorem.*

3 *Accusatores habere aliquando prodest.*
4 *Aduocati officium quomodo debeat ab eis exerceri.*
5 *Accusatores iniqui quomodo antiquitus puniebantur.*
6 *Accusantes temerè quomodo puniantur, & forma iuris Ciuilis, & Municipalis.*

§. 39.



INstigator inimicus est: hoc colligitur ex verbis Capituli Regni, Serenissimi Regis Iacobi, num. 17. dum ita loquitur: Cęterùm quia detractores, ac maleuolos, &c. Hæc sunt reproba nomina insti-
1 gatorum: qui † propriè illi sunt, qui parant probationes accusatoribus. Bart. in l. Senatus, num. 1. ff. ad Turpill. qui non probantes tenentur de iuramento calumnię, & Turpill. Idem affirmat Bart. in l. accusatorem, §. incidit, num. 1. ff. ad Turpill. Item dicitur instigator, persuasor, & exhortator. Bart. in l. non solum, §. si mandato, de iureiur. Alex. cons. 106. vol. 4. Et de istis vide quæ dixit satis abundè Clarus, in q. 10. vers. scias igi-
2 tur. Et quæ † differentia sit inter delatorem, accusatorem, & denunciatorē, vide Afflict. in Const. Vsurariorum, num. 23. Nota tamen ꝙ multoties
3 iuuat habere instigatores, & accusatores, † sed nō semper, vt dicit Cicero in oratione pro Sexto

Roscio

Roſcio Amerino: dum ait: Accuſatores multos eſſe in Ciuitate vtile eſt, vt metu contineatur audacia: veruntamen hoc ita utile, ut ne illudamur ab accuſatoribus. Inſtigatores hodie ſunt mali Aduocati, qui dum vident ſuum conſilium non reputatum iuridicum ab Officialibus, inſtigant eorum clientulos ad eos accuſandum in Sindicatu, ne detegatur eorum turpitudo, & ingnorantia.
4 Ideò debent conſulere ueritatem,† & tenere in corde hos verſus, quos Romani Iuriſconſulti detinebant in ianuis,

O Conſultores, rectos aſſumite mores,
Publica priuatis ſemper præponite gratis:
Ne damnet veſtras animas, diuina poteſtas.

5 Delatores † antiquitus grauiter caſtigabantur; nam Domitianus non morte, ſed exilio puniebat delatores; qua de cauſa ipſe fuit dictus, inimicus delatorum. Princeps enim, qui delatores non caſtigat, irritat. Contra quos ſic fuit ſcriptum:

Turba grauis paci, placideq; inimica quieti.

6 Non immeritò igitur ſancitum eſt contra delatores, & accuſatores temerè accuſantes, tam per ius Ciuile, vt potes videre de hac materia ſatis abundè Rodulphum in ſuo tractatu Cautelar. caut. prima, & per Pragmaticas huius Regni, in tit. 82. fol. mihi, 271. Virtute cuius ego in anno 1590. cum eſſem Iudex Meſſanæ in viſita diſtrictus, facta per Ducem Aerolę Straticotum in planitie Mylarum, condemnaui nonnullos accu-

ſatores ad ſoluendum expenſas accuſatis, obſeruata forma dictę Pragmaticæ, & fuerunt iſti, qui ſoluerunt dictas expenſas, plus quam centum.

Paragraphi quadrageſimi


SVMMARIVM.

1 *Proditor quis dicatur.*
2 *Prodere quid ſit.*
3 *Proditor dicitur, qui reuelat ſecreta.*
4 *Achitofel Proditor ſeipſum ſuſpendio enecauit & qua de cauſa.*
5 *Confeſſor reuelans peccata, dicitur proditor.*
6 *Adulator eſt proditor.*
7 *Inſtinianus amicus adulatorum.*
8 *Proditor eſt, qui per timorem non defendit veritatem, & de multis proditoribus.*
9 *Iudex, qui facit officium Aduocati cum vna ex partibus, dicitur proditor.*
10 *Amicus Iudicis, qui vendit euentum ſententiæ, proditor dicitur.*
11 *Iudex, qui delinquentem abſoluit, proditor eſt.*
12 *Ioab ſub prætextu amicitiæ interfecit Abner.*
13 *Venenum dans dicitur agere proditoriè.*
14 *Veneficus magis delinquit, quàm Sicarius.*
15 *Proditores tripliciter dicuntur. remiſſiuè.*
16 *Delator dicitur proditor.*
17 *Proditio facit vt amittatur nobilitas.*

18 Pro-

18 *Proditorum pœna qualis antiquitus.*
19 *Proditorem aliquem nominando vel vocando quomodo puniendus.*
20 *Proditio amatur, sed proditores nequaquam.*

§. 40.



Roditores sunt inimici, & quis nam dicatur proditor † dicit Afflict. Decis. 265. Angel. in §. interdum, Instit. de hæred. quę ab in test. defer. Guido Papæ, Decis. 191. Marc. Decis. 774. Et quandoque proditor capitur pro inuasore. Afflict. in Const. Priui-
2 legia, num. primo, lib. 2. Quid autem sit † prodere: dicas, quòd est vnum actum ostendere, & aliud in mente gerere: Bart. in l. respiciendum, §. delinquunt, nu. primo, ff. de pęnis. Et dicitur ve-
3 rè proditor, † qui reuelat secreta. Lucas de penna in l. fin. C. de desert. lib. 10. Afflict. in cap. Itē si fratrem, quib. mod. feud. amitt. n. 3. cum seqq. & vide Bart. in l. vltima, num. 3. de dilat. lib. 10.
4 & ideò legitur, quòd † Achitofel fuit vnus de principalibus, & secretis consiliariis David, sed ipse fuit primus, qui adhęsit Absaloni, & detegebat secreta Dauid, & referebat Absaloni, & hoc durauit per aliquot dies, vsque quo manifestè detexit suam proditionem: Sed postea, quia ad preces Dauid, & industria Chusi infatuatum fuit, & frustratum Consilium, & proditio eius

eius adnihilata, ideò abiit, & laqueo se suspendit.
5 † Item confessarius dicitur proditor, qui reuelat peccata confitentis Alber. in suo Dictionario, in verbo, proditor, Adulator † etiam dicitur proditor. Lucas de penna, vt supra, de quo ita dicit Ouidius.

6

Impia sub dulci melle venæna latent.

Et Gregorius dicit, venditores olei sunt adulatores. Et in psal. 4. Oleum peccatoris non impinguabit caput meum. Et apud Philosophos Adulator definitur blandus inimicus. Et sic ait Sidonius in epistola: Magis timeo adulatorem hominem, quàm principem infernalem. Hodie autem in domibus magnatum non nisi adulationes versantur: quod prouenit ex ignorantia, vt dicit Follerius, in Const. Peruenit ad audientiam, tit. de sacrosanct. Eccles. num. 2. Non mirum igitur, si magnates incidunt in adulatores si
7 Iustianianus † Imperator fuit amicus Triboniani, qui fuit Græcus adulator, & fraudulentus, & nihilominus ab Imperatore laudatur, & extollitur. Siluester in proem. Instit. §. cumque hoc. nu.
8 j. Item dicitur proditor, qui propter timorem non defendit veritatem. Ac etiam qui malitiosè circumuenit aliquem. Et qui rē sibi commissam exponit hostibus. Qui pariter secreta exponit hostibus. Qui Instrumenta mea prodidit aduersario meo. Qui munit hostes telis, & armis. Qui ducit aliquem ad mortem. Qui inocentem condemnat; Qui desistit ab accusatione, dicitur pro-

tor legis. Item receptans hostem, Item transfuga. Item dux belli, qui sine consensu Regis conuersatur cum hostibus. Et multa de aliis proditoribus refert Hieronym. Gigas in tract. de crim. lęsæ maiest. q. j. cum duabus seqq. Et qui permittit transire gentem inimicam. Cassan. super Consuet. Burgundiæ. Rubrica j. num. 61. & alia de proditoribus dicit Petrus à placa. cap. 2. Epit. crimin.
9 Proditor † etiam est Iudex, qui facit officium Aduocati cum vna ex partibus. Et dicitur falsarius. Marc. Decis. 710. Dicitur proditor amicus
10 † Iudicis, qui vendit euentum sententiæ pecunia mediante. Paris de puteo de Sindicatu, in verbo, Corruptio, in fine, versic. Officialis præsidis.
11 Ac etiam dicitur proditor Iudex, † qui noxium & delinquentem absoluit, §. si tamen, in Authent. vt diff. iudic. Qui occultè offendit, vel qui sine vlla diffidatione eum, qui de eo confidebat, vulnerat, vel grauiter offendit: sicut legitur
12 de Ioab qui sub † prætextu amicitiæ interfecit Abner filium Ner, Iosephus de antiq. lib. 2. Re-
13 gum, cap. 2. Item qui dat portionem † venænatam, dicitur agere proditoriè, secundū Baldum, in cap. j. versic. quid de rebus Ecclesiæ, quibus mod. feud. amitt. Ideo nō mirum, si magis dicitur
14 delinquere venæficus † quàm sicarius, propter clandestinitatem, quæ delictum aggrauat, vt ait Marsi. in l. prima, num. 5. ff. de sicar. & in Singul. suis, num. 16. incipit, Proditores. Et nota, quod proditores tripliciter dicuntur, secundum Baldū, cons.

cons. 361. num. 3. vol. 4. & cons. 211. nume. 2.
16 eod. vol. Item delator † dicitur proditor, text. in l. seruum, C. de delat. lib. 10. Item sunt proditores illi, qui aduersus amicos moliuntur insidias, Ideo dicit Sapiens Prouerb. 3. Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam. Ex his autem fit, vt cum nihil magis repugnet vere
17 Nobilitati quàm † proditio, ex ea perdatur Nobilitas, l. eos qui, ff. de pęn. q. singul. dicit Rom. Singulari 476. Et iterum Sing. 669. Tiraquell. de pęnis, causa 31. num. 21. Et certè, si nobilis adeò suæ dignitatis oblitus fuerit, vt in proditionem incurrat, non modo pœna ignobilium, sed & grauiori puniendus est. Bald. in c. Cum quidam, de iureiur. Et de pœna proditorum quomodo antiquitus puniebantur, refert Ioseph, de antiquit. lib. 2. rerum Iudaicarum, c. 4. Cum Paulina Romana spectatissimi generis fęmina in templo Isidis à iuuene quodam nomine Mundo, Duce Equestris militię; qui illam miserè deperibat, miro comento constuprata esset, fraude sacerdotũ Isiacorum, qui ab Ida mundi liberta corrupti pecunia, sub specie &cæt. Quo facinore detecto, Tiberius Imperator, sacerdotes cum Ida, quę omnium malorum causa extiterat, in crucem adegit: Templum Isidis euertit; statuam ipsius deæ in Tiberim proiici iussit; Mundum auctorẽ exilio tantum damnauit, dignum eum maiori pœna non iudicans, quòd amoris vehementia formæque superatus gratia, deliquisset. Tam ma-

lum est hoc nomen proditoris, quòd Serenissimus Federicus Rex olim huius Regni, in Capitulis suis, num. 5. punit vocantem aliquem prodi-
19 torem. † Et licèt hodie ametur proditio, non
20 tamen amantur proditores, vt dicit Cassanæus super Consuet. Burg. Rubrica prima, num. 61. fol. mihi 68.

Paragraphi quadragesimiprimi

SVMMARIVM.

1 *Vasallus quando dicitur inimicus Domini.*
2 *Vasallus rebellando contra Baronem, an dicatur committere crimen læsæ maiestatis.*
3 *Vasallus quando offendit Dominum, facit contra ius naturæ.*
4 *Vasallus non permittitur aduocare contra Dominum.*
5 *Didacus de Scuderio Regens laudatur.*

§. 41.



Vasallus quando facit conspirationem contra Dominum inimicus
1 est; † & priuatur feudo. Crauetta consil. 224. Et dicitur committere crimen † læsæ maiestatis, quando rebellat contra Baronem sicuti contra principem. Ioannes Faber in procem. Instit. in

princ.

princ. Gram. Decis. 6. Capic. Decis. 124. Socin. cons. 275. vol. 2. Idem Crauetta, cons. 319. Nam
8 vasallus † quando offendit Dominum, facit contra ius naturæ. Andr. in cap. j. §. sed & qui debitor, quæ sit prima causa benef. ammitt. col. 3. Et quando iurat offendere Dominum, & nihil aliud facit. Vel quando conatur nocere, quomodo puniatur. Idem Crauetta, consil. 224. Et in tantum
4 hęc vera sunt, ꝙ Vasallus † non permittitur aduocare contra Dominum. Afflict. Decis. 265. Vt vidi etiam in quibusdam adnotationibus Didaci de scuderio Regentis apud suam Maiestatem, viri doctissimi, & in vtroque iure singularissimi, Domini mei.

Paragraphi quadragesimisecundi

SVMMARIVM.

1 *Rebelles sunt inimici.*
2 *Rebellio quando committatur. remissiuè.*
3 *Seditio est species rebellionis.*
4 *Parcendum quando sit populo tumultuanti.*
5 *Iustitia vbi temperanda.*
6 *Rebellium pœna quorundam nobilium in Regno Siciliæ 1391 quæ fuerit.*
7 *Seditio nobilium in Regno quando.*
8 *Moyses in tumultu Chore quid fecerit.*
9 *Ioannes Franciscus de Rao Præsidens Magnæ Regia Curiæ Regni Siciliç laudatur.*

§. 42.

1 REbelles ſunt inimici: & † cum iſtis non eſt habenda pax, vt dicit Afflict. in Rubr. de pace iur. firm. Et quomodo Rebellio committatur,
2 † & in quibus caſibus, vide Hieronimum Gigantem in ſuo tract. ſatis abundè de crimini lęſæ.maieſt. Et per Afflict. in c. Et bona committentium.tit.quæ ſint regalia.Sunt pariter
3 inimici ſeditioſi: quæ ſeditio † eſt ſpecies rebellionis, vt dicit Afflict. in dicto c.Et bona committentium.Et Boer.de ſedit. in princ. vbi ponit etiam varias cauſas,ob quas ſeditiones inſurgũt. Qui ſeditioſi pacis dicuntur turbatores, & puniuntur pœna mortis naturalis. Caſſan. ſuper Conſuet.Burgund.Rubrica 1. num. 49. in fine. Quando enim fiunt tumultus populares in Ciuitatibus, in quibus non offenditur Regia maie-
4 ſtas, parcendum eſt populo. † tamquam ſtulto, vt Eccleſt. primo, vbi dicitur, Stultorum infinitus eſt numerus:Nõ.n.eſt potens conſilij populus: quia; vt tempeſtas cito mouetur, Vt etiam dicitur in oratione prima ad Cæſarem ſenem de Republica.Multitudo vulgi, more magis, quàm iuditio,poſt alius alium, quaſi prudentiorem ſequuti. Ob id in punienda multitudine temperan-
5 da eſt Iuſtitia, † & ſępe omittenda vindicta. c.ex parte,de tranſact.& vtrobique Gloſ.& text.

optimus


optimus in c. quotiens, prima. q. 7. & in c. dilectus, lo 2. vbi plenè Felin. de simon. Et 2. Regú, cap. 18. ibi, Volens, parcere multitudini. Et hoc est quod dicit Valer. Max. tit. de Ingratis, quòd populi mens in modum subitæ tempestatis concitata, leui querela prosequenda est. Et quæ fuerit
6 rit pœna † Rebellium Nobilium in Regno hoc, in Anno 1391. scias, quod fuerit decapitatio, & eorum carceratio fuit facta tempore Andreę de Claramonte anno 1388. super Regijs triremi-
7 bus. Fuit alia seditio Nobilium in Regno, † vt dicit Macrobius Abbas, libr. 6. rerum Sicanicarum fol. mihi 193. Verùm quando populus tumultuatur, non debet expauescere Gubernator:
8 nam Ioseph, de bello Iudaico dicit, ꝙ † Moyses propter tumultum populi non expauit, sed fideli deuotione confidebat in Deo, & coram multitudine alta voce clamabat, dicens ad Chore: audi Chore, & vos ducenti quinquaginta viri, ego non priuo vos honore sacerdotij, ego a militia sum remotus, igitur à seditione huius quiescite. Vt vidimus in anno 1590. non expauescere Ioan-
9 nem † Franciscum de Rao Præsidentem Iustitię huius Regni, qui in tumultu orto inter Ciues, & Milites, tempore Illustrissimi Comitis Aluæ Pro regis, ita se gessit, vt ab omnibus comendaretur in illo die.

Paragraphi quadragesimitertij

SVMMARIVM.

1 *Fides hostibus seruanda quomodo.*
2 *Proditor dicitur, qui agit contra fidem.*
Fides assimilatur Iuramento.
3 *Reges non recognoscentes superiorem, iurant per præstationem fidei.*
4 *Damonis, & Pythiæ exemplum de fide.*
5 *Fides quantum sit æstimanda.*
6 *Ariostus quomodo loquatur de fide.*

§. 43.



1 Ides hostibus seruanda est a duce belli. † Bartol. in l. conuentionum, de pact. sed non à militibus, Ideo dicit Lucanus.

Nulla fides pietasq; viris, qui castra sequntur.

Qui dat fidem, si aduersus eam quicquam agit,
2 proditor est, † arg. l. fin. C. de delat. lib. 10. & illic pulchrè per Lucam de penna, ibique Bart. & Alexand. Idem notatur per eundem Bart. in quęstione per eum disputata, incipiente, Lucanæ Ciuitatis, qui plura deducit, in l. in laqueum, ff. de acquir. rer. dom. & in l. 3. §. fin. ff. ad l. Corneliam
3 de sicar. Fides † enim assimilatur Iuramento. nã

Reges,

Reges, & alij Principes ſuperiorem non recognoſcentes, iurant per præſtationem fidei. Antonius Scappi.lib.3.de Iura.calumnia.c.51.num. 12. & quomodo ſit ſeruanda, habemus exem-
4 plum Damonis † & Pythiæ cum.n. a Dionyſio Syracuſanorum Tyrãno detineretur ſupplicium paſſurus Pythias, obſes, procurator, & fideiuſſor pro ipſo ſupplicio remãſit ipſe Damon, niſi ad diem ipſe Pythias ſiſteretur, quo fideliter redeunte admirans ipſe Dionyſius fidẽ, & amorem ſociorum, petijt ſe tertium in amorẽ adſcri-
5 bi. Et quod fides † ſit eſtimanda plus quam omnia alia, dicit Ouid.epiſt.18.

Non boue mactato Cœleſtia numina gaudent.
Sed, quæ præſtanda eſt, & ſine teſte, fide.

6 Et quantum liget fides, † dicit Arioſt.cant. 21.

Ne fune intorno credero che ſtringa
Soma coſi, ne coſi legno chiodo;
Come la Fè, ch'vna bell'alma cinga
Del ſuo tenace, è indiſſolubil nodo.
Ne da gli antichi parche ſi depinga
La ſanta Fè veſtita in altro modo:
Che d'vn vel bianco, che la cuopra tutta:
Ch'vn ſol punto, vn ſol neo la può far brutta.

Paragra-

Paragraphi quadragesimiquarti

SVMMARIVM.

1 *Fœdus quotuplex.*
2 *Bellum primum Punicum vnde habuerit ortum.*
3 *Ptholomæi, & Anthiochi Regum fœdus.*
4 *Quintus Fabius non bene fecit cum Anthiocho Rege in obseruatione fœderis.*
5 *Fœdus est seruandum, & quare.*

§. 44.

1 FOedus inter inimicos seruandum est. Et illud quotuplex † sit, vide Felin. in c. postulasti, in 4. col. versic. Sed caue, circa principium, de foro competenti. Nam ob non
2 obseruationem fœderis, † fuit factum primum bellum Punicum: Maurol. Abbas historiarum Sicanicarum lib. 2. fol. 58. Et de obseruantia fœderis dicit Imola, in l. is qui reus, col. pen. & vltima, ff. de public. iudit. Archid. in c. vtilem, 22. q. 2. Paris. cons. 68. lib. 4. nu. 178. Alciat. in l. natura cauillationis, ff. de verb. signifi. Marsil. in l. 1. §. questionis, ff. ad l. Cornel. de Sicar. Et signa antiqua fœderis in Regibus, ponit Afflictus in Cōst. Omnes nostri, numero 1. Et propter fœdus mul toties contrahuntur matrimonia: sic legitur quod

† Ptho-

3 † Ptolomæus, & Antiochus Reges, cum essent inimici, Antiochus accepit eius filiam Cleopatram. Ioseph. de Antiquit. lib. 12. c. 5. Nec debent illi qui faciunt fœdus, detinere aliquid in corde, quia dum aliquis fędus contrahit, illud tenetur purè obseruare, & non prout fecit † Quintus Fabius cum Antiocho Rege: de quo legitur, quod Regem Antiochũ superauit, cum quo cõtraxit fędus, vt dimidiam partem nauium acciperę deberet, accepta medias omnes secuit, vt eũ tota classe priuaret, vt refert. Val. Max. libro 6. in tit. de vafrè dictis aut factis. Et quod fędus † omnino sit seruandum, habemus exemplum Dei in Genesi, cap. 9. in illis verbis: Eritq; Arcus meus in nubibus, & recordabor fęderis sempiterni.

4

5

Paragraphi quadragesimiquinti

SVMMARIVM.

1 *Inimicitiæ probatio cum causa, & specie debet esse. & nu. 2.*

2 *Testis vti inimicus quomodo repellatur.*


3 *Testis quomodo debet deponere super inimicitia.*

4 *Inimicitia, vt testem repellat, quomodo debeat esse.*

5 *Inimicitia grauis, vel gradissima, relinquitur arbitrio Iudicis.*

Paragra-

§. 45.


Nimicus testis ad hoc, vt pro tali reprobari possit, requiritur probatio alicuius causæ inimicitiæ: aliàs non dicitur probata inimicitia.
1 † Ias. in l. Titiæ textores, ff. de leg. primo, num. 14. Imola in cap. Rainutius, extra de testib. vbi in specie dicit, quòd ad hoc, vt testis repellatur, vti inimicus, requiritur probari fuisse commissam causam inimicitię: aliàs non repellitur. Idem voluit Bald. in l. si quis testibus, in fine, C. de test. vbi in specie dicit esse probandam qualitatem, & speciem inimicitię nec sufficere probationem in genere. Idem refert, & sequitur Ias. in l. prima, C. de test. Hinc voluit idem Iason, in dicta l. Titiæ textores, allegádo Bald. in dicta l. si quis testibus, quòd reus opponens exceptiones inimicitiæ contra testes, talis exceptio nihil valet, quia non sufficit pro-
2 bare † inimicitiam in genere, sed in specie, ac eius qualitatem: & subdit esse benè notandum, quinimò, & plus, ad hoc, vt testis tamquam
3 inimicus † repelli possit, requiritur probari euidentem inimicitiam, & manifestam. Bald. in c. constitutis, extrà de rescript. quem ad hoc refert, & sequitur Ias. in l. sororem, C. de his, quibus, vt indignis. Ideò dixit Bald. in l. solam, C.
4 de testib. quòd testis † deponens super inimici-

tia,

tia, debet redere causam, & rationem sui dicti quantumcunque non fuerit interrogatus de ea. Idem firmat, & sequitur Iacobinus de sancto Georg. in l.testium,ff.de testib.Farinac.de indit. & tortura, q. 49. volum.2, num.127. Quæ regula procedit, vt testis in supradictis probet, quando non dicit in specie causam inimicitiæ, parte non opponente, vt idem in num. 128.
5 Nam † inimicitiam ad hoc, vt repellat testem oportet esse grauissimam, vel saltem grauem, vt in §.si verò odiosus, in Auth. de testib.† Et q̃ sit grauis, vel grauissima, remittitur arbitrio Iudicis, Innocent.in cap. cum oporteat, de accusat.Bart.in l.maritus, ff.de quæstion.

Paragraphi quadragesimisexti

SVMMARIVM.

1 *Testi inimico non creditur.*
2 *Etiam si esset constitutus in mortis articulo.*
3 *Ac etiam si deponeret ad futuram rei memoriam.*
4 *Etiamsi fuisset examinatus cum tormentis.*
5 *Testes falsum deponentes, quomodo puniantur per Pragmaticam Regni.*

§. 46.

§. 46.

I Esti inimico non creditur, † Anch.consil.246. Corn.consil.101. vol.2. Alex.consil.99. primo vol. Alex. de Neuo consil. 5. num. 3. Ioannes de Amicis consf. 119. nu. 10. Crot. in tract. de testib. nu. 97. Hyppolit. de Marsil. in l. prima, §. præterea, num. primo cum sequ. ff. de quæst. Et idem in consil. 2. num. 43. & in consil. 12. num. 10. & in consil. 15. num. 6. Gram. consf. Crimin. 46. Paris. consf. 58. num. 73. vol. 3. Socin. iun. consil. 73. num. 14. vol. 2. Foll. Practic. Crim. secunda parte in verbo, capiant in formationes, num. 38. amplia regulam, vt testi
2 inimico non credatur, etiam † si esset constitutus in mortis articulo, & reciperet Corpus Domini. Bald. in tit. de Pace Constantiæ, in versic. Vasalli Gram. Consil. 46. num. 7. Marsil. in d. l. pri
3 ma, §. præterea, num. 7. † etiam si deponeret ad futuram rei memoriã. Franc. Viuius, Com. opin.
4 opinione 980. num. 16. ac † etiam si inimicus fuisset examinatus cum tormentis. Pręposítus in cap. illi, qui, 2. q. 5. tanto magis hæc omnia procedere debent: nam si inimici hodie occidunt homines sine magna causa, cum maximo eorum vitę periculo pro vindicta, quanto libentius hoc faciunt cum tactura scripturarum: in qua mali, & peruersi homines non considerant animę,

animę, & corporis periculum: Ideo Iudices multum animaduertere debent in captura testium.

Sed hodie non video testes falsos sæpè punitos. Cum toto rigore Pragmaticę editę Messanæ die 20. Iulij sextæ Indictionis 1559. per Illustriss. & Eccell. Don Ioannem de lacerda olim Proregē
5 per quam mandatur, ꝙ testes falsum † perhibentes testimonium in causis criminalibus, tam offendendo, quàm defendendo, tam contra priuatas personas, quàm contra fiscum, pœna vltimi supplicij puniantur. Et Ouid. contra istos falsarios sic loquitur, lib. primo Elegiarum.

Non bene conducti vendunt periuria testes.

Paragraphi quadragesimiseptimi

SVMMARIVM.

1 *Mundus, Caro, & Diabolus, sunt nostri inimici.*
2 *Bellum carnale, & spirituale in hac vita exercetur.*
3 *Mundus est odio habendus.*
4 *Adam, & alij in prosperitate ceciderunt.*

§. 47.

1 MVndus, Caro, & Diabolus † sunt nostri inimici. Nam diabolus noster aduersarius dicitur, & Caro nostra concupiscit aduersus spiritum, & mundus est inimicus no-
2 ster, quia in hac vita bellum † carnale, & spirituale exercetur. Lucas de penna, in l. nulli, C.
3 de agricol. & censit. lib. 11. col. 2. † & mundus est odio habendus, vt dicit Iacob 4. quia tunc de-
3 cipit nos cum dat nobis prospera: nam † Adam in prosperitate peccauit: Saul in prosperitate ruit in superbiam & Auaritiam. Dauid in prosperitate cecidit in grauia peccata. Salomon in prosperitate cecidit in luxuriam, & idolatriam. Achab in prosperitate factus est pessimus Idolatra, & Tyrannus. Ezechias in prosperitate cecidit, & omnes Reges Israel, & Iuda corruerunt in prosperitate, vt dicit Viualdus de pugna partis sensitiuę, & intellectiuę, & Hugo de sancto Victore in libro de vanitate rerum mundanarum, ponit per modum dialogi de breuitate, & instabilitate huius gaudij.

Para-

Paragraphi quadragesimioctaui

SVMMARIVM.

1 *Piratæ sunt inimici.*
2 *Icarion fuit primus pirata.*
3 *Piratæ dicuntur prædones marini.*
4 *Sextus Pompeus fuit magnus pirata.*
5 *Piratæ sunt ipso iure diffidati.*
6 *Piratæ non gaudent priuilegiis.*

§. 48.

1 PIratæ sunt inimici, † quia æquiparatur hostibus, & possunt impunè deprædari, Bald. in Auth. nauigia, C. de furt. Ripa, in l. miles, de re iud. & in l. Centurio, ff. de vulg. & pupill. & primus pirata, qui
2 fuit in mundo, vocatus fuit † Icarion. Dicuntur
3 enim piratæ † prædones marini, qui in nauigia & merces inuolát, ex eoque furto & præda quę-
4 stum faciunt. Sextus † Pompeius fuit magnus pirata, & tandem obiit in vndis Scyllæ. Vnde Lucanus.

Sextus erat magno proles indigna parente,
Qui mox Scyllæis exul grassatus in vndis.
Polluit æquoreos Siculus pirata triumphos.

Et de istis loquitur Decianus, tit. de latronibus & pirat. capit. 29. vol. 2. qui sunt † ipso iure
5 diffidati, & possunt impune rebus suis spoliari, Afflict. in Constit. Rapinas, num. 4. & ita mandat Capitulum Regni huius Serenis. Regis Ioannis, num. 23. & Alphonsi, num. 396. Isti
6 quidem piratę † non gaudent priuilegiis, Bart. in l. prima, in fine. C. qui bon. cæd. poss. in fine.


Paragraphi quadragesiminoni

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia solet esse inter pueros.*
2 *Inimicitia est inter tardum, & celerem.*
3 *Inimicitia reperitur inter tristem, & hilarem.*
4 *Inimicitia inter socrum, & nurum.*
5 *Inimicitia consideratur inter prudentem, & furiosum.*
6 *Inimicitia inter religiosum, & peccatorem.*
7 *Inimicitia inter Religiosos.*
8 *Inimicitia quandoque oritur inter patrem, & filium.*
9 *Inimicitia magna inter clericos, & laicos.*

§. 49.

§. 49.


Olet etiam esset inimicitia inter has personas quas seriatim ponimus; Et primò, inimicitia solet
1 esse inter pueros, † vt Terentius ait.

Pueri inter se quàm pro leuibus noxis iras gerũt,
Secundò, stulti, & sapientes solent esse inimici. Ausonius.

Quid stulti proprium? non posse, & velle nocere.
2 Tertiò, inimicitia † est inter tardum, & celerem. Vnde Horatius.

Sedatum celeres, ac hilarem, nimiumque remissi.
3 Quartò, inimicitia est inter † tristem, & hilarem hinc Horatius.

Oderunt hilarem tristes, tristesq; iocosi.
4 Quintò, † inimicitia consideratur inter socrum, & nurum. Sextò, inter Artifices. Decian. lib. 3.
5 capit. 25. nu. 81. vol. 1. Septimò, inimicitia † est inter prudentem, & furiosum. Octauò, inter re-
6 ligiosum, † & peccatorẽ. Nonò, solet esse inimi-
7 citia inter † religiosos. Decimò, pater, & filius
8 † multoties ad inuicem inimicantur, vt de omnibus his dicit Lelius Zangus, in tractatu de duello inter milit. sacr. & milit. sęcul. cap. 13. vsq; ad 22.
9 Vndecimò, inimicitia est inter clericos, † & laicos, nam laici sunt communiter clericorum inimici, & infesti Foll. in Const. Multa, de episcop. & cleric. num. 1. in fine.

Paragraphi quinquagesimi
SVMMARIVM.

1 *Nouerca inimica priuignis, & contra 6.*
2 *Nouerca non cogitur habitare cum priuigno.*
3 *Nouercale odium in prouerbium transiuit.*
4 *Nouerca tenetur actione furti, si hæreditatem priuignorum expilauerit.*
5 *Nouerca excluditur à tutela priuignorum.*
7 *Nouerca est quasi nocens arcus.*

§. 50.

1 NOuerca priuignis ęuo longè consueuit esse odiosa,† & è contra. Iuxta text. notabil. in l. non est consentiendum, ff. de inoffic. testam. hinc Virg. in Buccolica.

Est mihi namq; domi pater, est iniusta nouerca.

Ad quod satis legum latores animaduertere. hinc voluit Bald. in Auth. Hoc locum, C. si mul.
2 secundo nup. Quod † nouerca non cogitur habitare cum priuigno, idem voluerunt Bald. & Angel. in l. 2. ff. vbi pupill. educari debet. Vnde ęqualitate seruata, idem è conuerso videtur concludendum, nequaquam priuignum cogi posse ad habitandum cum ea. Bellon. conf. 31. num. 5. cum rectè à contrario sensu procedat argumentum, iuxta notabilem textum in l. inter socerũ, §. cum inter, ff. de pact. dotal. & in l. Pomponius, §. sed his qui cum vulg. ff. de procurat. Hinc

3 † Nouercale odium in prouerbium trāsiuit, l. 4. ff. de inoffi. test. quem text. ad hoc ibi notat Angel. est enim innatum quoddam odium nouercarum in priuignos: Vnde emanauit Epigramma illud elegantissimum Euripidis in Alcestide.

Hostis nouerca est ante natis liberis
Nihiloque mitior nocente vipera.

Huius enim antiqui odij non immemores Iuris-
4 consulti, voluere nouercam † hæreditatem viri expilantē, quæ ad priuignos pertinet, furti actione teneri, vt dicit text. & Bart. in l. de his, C. de furt. hinc etiam Iurisconsulti fraudum non inscij, quæ ob odiosum animum nouercarum in priuignos possent exerceri, eas ad priuignorū tu-
5 telam † nullatenus admiserunt Glos. in l. tale pactum, ff. de pact. Bart. Bald. & Angel. in l. fin. ff. de posth. hęred. instit. Bald. in l. Barbarius, 2. col. de offic. prętor. Vnde stantibus his, Nouer-
6 cam † inimicam esse dicit Glos. in c. pastoralis, in verbo, principia, de re iudic. Et ideò benè dicit Glos. in c. socrum quoque, de nupt. in Ver-
7 bo, Nouerca, † vbi dicit, quod nouercā est quasi nocens arcus.

Paragraphi quinquagesimiprimi
SVMMARIVM.

1 *Guidaticum in Regno à quo concedi debeat.*
2 *Guidaticum pro delictis commissis quando rumpatur.*
3 *Aretini doctrina in l. 3. §. si seruus. ff. de acquir.*

poß. seruatur in magna Curia.

4 *Straticotus non potest concedere bannitis guidaticum, nec debitoribus ciuilibus. & 5.*

§. 51.

BAnniti, & foriudicati, quamuis inimici sint, vt diximus in §. 38. num. 1. solent aliquando guidari; & dum manent sub guidatico, non debent

1 molestari. Et nota, quòd istud † guidaticum non potest concedi in isto Regno nisi à solo Prorege, vel ab habente mandatum in specie ab eo. Afflict. Decis. 4. Boerius Decis. 179. Bald. Cons. 490. vol. 1. Cassan. Cons. 66. nume. 18. Paul. de Castro, Cons. 423. num. 9. 1. vol.

2 Et nota, quòd si quis habet † guidaticum pro delictis præteritis, si postea delinquat, an rumpatur dictum guidaticum? vide Dec. in c. dilecti, de except. col. finali. Afflict. in Const. Pœnam eorũ. Dec. in c. constitutus, lo 1. de appellat. Et sciendum est, quòd in hoc Regno seruatur doctrina

3 † Aretini, in l. 3. §. si seruus, ff. de acquir. possess. quam sequitur Magna Curia, vt si guidaticum fit ex gratia, rumpatur delinquendo, secus si est ex gratia propter seruitium, vel virtute banni disponentis, quòd si aliquis fecerit aliquod seruitium, sit guidatus; nam tali casu non rumpitur guidaticum. Et ita inuenio scriptum seruatum fuisse in magna Curia in personam Francisci de Arizo

de Comitatu Mohac, quia gaudebat propter bannum de illis, qui truncarent caput bannitis, & ipse obtruncauerat caput, & gaudebat, & non obstante quòd deliquisset in guidatico, tamen non fuit fractum: quia non erat ex gratia principis, sed propter bannum, & ita fuit iudicatum per Angelicam, Agliatani, & procidam, Iudices Magnę Regiæ Curię in causa Zaccauenti: & in causa Tullij de vizinis: & non solum fuit decisum in causa dicti de Arizo, quòd propter delictum non fuit fractum guidaticum, sed etiam fuit decisum quòd tempus, in quo permansit carceratus non currit: sed ei cõpensari debebat, prout iam deinde fuit compensatum. Ad quæ adde Bald. in c. ex litteris, de transact. Rom. cons. 459. & addit. ad eum. Afflict. supradicta Decis. 4. Menoch. de Arbitr. Iud. casu 338. lib. 2. Cent. 4. Et
4 nota, quòd † Straticotus non potest concedere bannitis guidaticum: & si concedit, incidit in pęnam Pragmaticæ positæ in tit. 48. fol. 158. in 1. tomo, & non solum non potest hoc facere cum
5 reis, sed nec cum debitoribus, † vt est ordinatum per suam Maiestatem, quæ ordinationes fuerunt pręsentatæ per me vti locumtenentem in dicto officio die 1. Augusti secundę Indictionis 1592. Prorex solus in hoc Regno concedit bannitis guidaticum, & ego in Mense Martij 1594. decapitari feci à Ioseph Ambruxano bannito, Antoninum cordaro bannitum etiam, & ei fuit concessum guidaticum à sua Excell. quapropter ha-

bui literas laudatorias datas Panormi, die quinto eiusdem mensis Martij, tum propter dictam decapitationem, tum etiam propter capturam per me factam in terra Brontis duorum discursorum Campaniæ.

Paragraphi quinquagesimisecundi

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia præsumitur durare in dubio.*
2 *Inimicus præsumitur, qui sponte contra aliquem testificatur.*
3 *Inimicus semel, semper præsumitur inimicus.*
4 *Inimicus relictus tutor, reconciliatus præsumitur.*
5 *Inimicus præsumitur, qui à domo expellitur.*
6 *Inimicus præsumptus est sicut verus.*
7 *Inimicus præsumitur, qui dicit non diligo talem.*
8 *Inimicus præsumitur, qui cum salutabat, noluit deinde salutare.*
9 *Inimicus præsumitur, qui mouet quæstionem status.*
10 *Paria sunt esse inimicum, vel inimici amicum.*
11 *Inimicus ecclesiæ præsumitur, qui communicat cum eius inimico.*
12 *Inimicitia præsumitur durare in filijs, & serpere in descendentes.*
13 *Inimicitia præsumitur inter litigantes.*
14 *Inimicus præsumitur, qui non obedit superiori.*

15 *Testis inimicus præsumitur inimicitiarum causa deposuisse.*
16 *Inimicus præsumitur, qui cum datur pax, non deosculatur.*
17 *Inimicus præsumptus non est idoneus testis.*

§. 52.

1 INimicitia præsumitur durare † in dubio. Aret. in c. 1. de iud. Et qui dicantur inimici præsumpti, dic
2 primò, quòd inimicus † præsumitur, qui sponte contra aliquem testificatur in causa criminali. Alex. in l. testibus, ff. de test. & quomodo procedat ista regula, vide ea, quæ ponit Blancus in Repetit. l. fi. ff. de quæst. numero 154. cum pluribus seqq. & semel ini-
3 micus, † semper præsumitur inimicus, nisi probetur reconciliatio. Innocent. in c. cum oporteat, de accusat. Bald. in Auth. Si dicatur, C. de testib. l. in ipsius, vbi Bald. per illum text. C. famil. ercíscundæ. Innocent. in dicto cap. cum oporteat, Anch. Consi. 247. Bald. in l. ex persona, col. 3. C. de probat. & tunc præsumitur reconci-
4 liatio in dubio, si inimicus † datus sit tutor. Syluester super Inst. t. §. item, de excusat. tut. num.
5 2. Item, qui à domo expellitur, inimicus † præsumitur, l. Lucius Titius, vbi Bald. notat, ff. de leg. 2. Marf. in l. j. §. præterea, num. 54. ff. de quæst.
6 Et inimicus † præsumptus est eiusdem conditio-

nis, cuius verus, in testibus recipiendis. Hierony. Gygas, in tract. de crimine læsæ maiest. num. 34.
7 Item præsumitur quis inimicus, † si dixerit, non diligo talem. Alber. in l. si inimicitiæ, ff. de his qui-
8 bus vt indign. num. 2. Item † inimicus præsumitur, qui cum antea salutabat, noluit deinde salutare. Deci. Cons. 64. col. 4. Nam non loquens cum alio, nec salutans, cum esset solitus salutare, & loqui, præsumitur inimicus. text. in cap. si inimicus, 93. distinct. per quæ iura determinat Lucas de penna, in l. j. C. de his, qui se def. libro 10. & Glos. in cap. cum Adrianus, 63. distinct. quæ dicit, quòd eo ipso, quod quis non salutat præsumitur eius inimicus, alleg. text. in cap. cum super de off. deleg. & ibi Card. Imola, Abb. & alij, eam sequuntur, quàm Glos. refert, & sequitur Abb. in cap. ad hæc, & in cap. repellantur, in 2. notabili, de accusat. Ias. in l. apertissimi, col. 2. in versic. dicit Glos. C. de iud. inferens, quòd iste talis, qui non salutat, si Iudex est, recusari potest. Quod idem voluit Alber. in l. si inimicitiæ, de his, quibus vt indignis, dicens, quòd si quis non salutat aliquem cum esset solitus, præsumitur eius inimicus. Abb. Ioannes de Anania, & Felin. post ipsos, in dicto cap. repellantur, in princ. de accusat.
9 † Inimicus etiam præsumitur, qui mouet quæstionem status. Alex. Cons. 99. vol. primo, Mars. Cons. 3. num. 11. Item præsumitur in præsenti, & præterito, nisi contrarium appareat directè, vel per obliquũ. Bal. in l. ex persona, 3. col. C. de

probat.

probat. Alex. in l. tertia, ff. de testib. & durare
præsumitur vsque ad quartum gradum exclusi-
uè. Bald. in cap. si vasallus culpam, si de feudo fue-
rit controuers. Mars. in l. prima, §. prætereà, nu.
103. ff. de quęst. Inimicus etiam præsumitur, qui
est amicus inimici. Bart. in l. prima, ff. de legib.
Speculat. de appellat. §. 1. versic. si verò appella-
10 tur: Quia paria † sunt, esse inimicum, vel inimici
amicum. Alex. Consil. *99.* vol. primo, Farinacius
in tit. de indit. & tortura, q. 49. num. 57. vol. 2.
vbi loquitur de participibus, adhærentibus, se-
quacibus, complicibus, confęderatis, consultori-
bus, familiaribus, & auxiliatoribus. Item inimi-
11 cus † ecclesiæ præsumitur, qui comunicat cum
eius inimicó, l. liberi, C. de inoffic. test. Card. in
Clement. prima, §. fin. de iureiur. Item præsumi-
12 tur inimicitia † durare in filiis, & serpere in de-
scendētes, text. iuncta Glos. in l. tutor, §. si tutor,
13 ff. de suspect. tuor. Item inimicitia † præsumitur
esse inter litigantes. Guido Papæ, de præsumpt.
num. 28. tom. 4. inter tract. fol. 301. Item non
obediens superiori, nec eius statuta seruans, prę-
14 sumitur eius inimicus. † Glos. in c. si quis Diaco-
nus, in verbo, & inimicos, 50. distinct. quæ dicit
notab. quòd eo ipso quòd aliquis non obedit prę
lato, est eius inimicus, c. quoniam vetus, 24. q. 1.
Istud etiam determinat Præposit. & Dom. de
Sancto Gemin. ibi, in 4. notab. Idem voluit Lu-
cas de penna per eam Glossam, in l. 1. C. de his,
qui se defe. lib. 10. Farinacius vbi supra, num. 78.

Inimicus

15 Inimicus † testis præsumitur causa inimicitiarum deposuisse, l. 3. in principio, ff. de testib. Itē
16 præsumitur inimicus † ille, qui cum datur in ecclesia Pax, non deosculatur aliquem. Farinac. vt
17 supra, num. 55. Item inimicus † præsumptus, & suspectus de odio, non est idoneus testis in criminalibus. Ias. Cons. 167. 4. vol. quia semper præsumitur de inimico male cogitare, eidemque struere insidias, & semper inire consilium: quo pacto illi nocere possit. Blancus in l. finali, ff. de quæst. num. 89.

Paragraphi quinquagesimitertij

SVMMARIVM.

1 *Dominus non tenetur tradere suum vasallum inimico suo.*
2 *Inimicis non est confidendum.*
3 *Locum non esse tutum debet allegari.*
4 *Citatus ad locum non tutum, non tenetur ire, etiam cum litteris securitatis.*
5 *Satisdatio nō immutat maleuolum propositum.*

§. 53.

DOminus non tenetur tradere vasallum suū inimico suo. † Afflict. in proœm. Constitutionum, in verbo nos itaque, num. 13. quia nō tenetur quis se ponere in libito, & voluntate inimici:

2 mici: † Et ob id nemo tenetur comparere in loco non tuto, metu inimicorum, etiam si habuerit litteras securitatis Glos. in c. ex parte, lo 1. de appellat. & sic non comparendo non poterit reputari contumax, quia citatus ad locum non tutum; vt in c. accedens, lo 2. vt lite non contest. text. in Clement. Pastoralis, §. notorium quippe, ibi, Pisana Ciuitas, de re iudic. Procedit ergo Glos. quādo notorium erat locum non esse tutum, secundum Bart. in l. de ætate, ff. ad Trebell. & Abb. Imol. & Philippus, in c. ex parte, lo 1. de appellat. Sed si non erat notorium locum non esse tutū,
3 debet mitti ad allegandum locum † non tutum, secundum Doctor. in dicto c. ex parte, & ibi vide Philippum in 5. col. Alex. in l. 2. §. si quis in iudi-
4 cio, in fine, ff. si quis caut. † & quod citatus ad locum non tutum non tenetur accedere, etiam si habuerit litteras securitatis, est text. in dicto c. accedens, quia non debet confidere in fragili cau-
5 tione: nam † satisdatio non immutat maleuolum propositum, vt in c. litteras, §. fin. iuncta Glos. in verbo sufficiens securitas, extrà, de restit. spoliat. Institit. de suspect. tut. §. nouissimè, iuncta Glos. in verbo, præstat. Et dicit text. quòd non debet quis se committere fragilitati cautionis, l. cogi, §. item quæsit. ff. ad Trebellian.

Paragra-

Paragraphi quinquagesimiquarti

S V M M A R I V M.

1 *Defensio contra inimicos quando est licita.*
2 *Defensio quomodo sit facienda.*
3 *Feuda qua de causa concedantur.*
4 *Seruitium militare ex quibus debeatur.*
5 *Seruitium militare de præterito, debet solui per nouum successorem.*

§. 54.

1 Defensio contra inimicos † est permissa ob defensionem rerum nostrarum, & corporis, l. vt vim, ff. de iust. & iure, & in l. 3. C. vnde vi, & l. scientiam, §. qui cum ali-
2 ter, ff. ad l. Aquiliam, & quomodo † sit facienda, & an requiratur quòd sit cum moderamine non inculpatæ tutelæ, vide Afflict. in Const. Pacis cultum, num. 49. cum plur. seqq. & vide Alber. in suo Dict. in verbo bellum. Et quod defensio sit permissa omni iure, dicit Corn. Consil. 134. vol. 3. litera B. & Tull. primo lib. de officiis, ibi; In principio generi animantium. Et comprobatur per Ouid. lib. 3. de Art. amandi.

Iudice me fraus est concessa repellere fraudem,
Armaque in armatos sumere iura sinunt.

Et

Et defensio contra inimicos est adeò licita; vt stipendiaria prædia militibus dentur defensionis Reipublicæ causa contra hostes, l. qui excubias, ff. de re milit. l. ultima, §. qui stationi, ff. eod. & ob id dantur feuda, † vt vasalli dominum contra hostes adiuuent, cap. primo, quib. mod. feud. amitt. Qua de causa fit seruitium militare tempore belli per Barones, & alios tenentes feuda à Curia, quod † debetur ex fructibus feudi. Bald. Cons. 291. vol. 2. in fine, & est adeò priuilegiatum † quod de tempore præterito debet solui per nouum possessorem feudi. Afflict. in Const. Duram consuetudinem, §. primo, & quòd defensio sit permissa, dicit Tull. de Offic. lib. primo, de Iustitia, vbi dicit: Eiusdem autem Iustitiæ primum est munus, vt ne cuique quis noceat, nisi lacessitus iniuria.

Paragraphi quinquagesimiquinti

SVMMARIVM.

1 *Potentes, & debiles sunt inimici.*
2 *Inimicitia potentum timenda.*
3 *Potentia aduersariorum quid operetur.*
4 *Amicitia potentum fugienda.*

§. 55.

§. 55.

1 Potentes, & debiles sunt inimici: † quia presumuntur inferre debilibus grauamen, & eos iniuriis afficere, vt in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. præsid. & eis facilius violentias inferre, vt l. ad inuidiam, C. quod met. causa. Et eos importunis necessitatibus opprimere, vt l. prima, C. ne liceat pot. Itē aduocati eis deferunt, quia non suscipiunt patrocinium contra eos, sed potius pro illis, l. prima, §. non solum, ff. de appellat. Inde dicit Arist.
2 3. Ethicor. quòd † Inimicitia potentum est timenda. Et in libro Ecclesiastici, cap. 8. dicitur: Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius: Non contendas cum viro locuplete, ne forte contra te constituat litem. Et poten
3 tia † aduersariorum operatur talem effectum, quòd in Regno Neapolis tunc competit priuilegium viduis, & miserabilibus personis eligendi forum Regis, vel Magnæ Curię Vicarię, si iurant se perhorrescere potentiam aduersariorum, & ad probandum hoc, sufficit iuramentum pupilli, maioris infantię, vel eius legitimi tutoris, vel actoris legitimè constituti. Afflict. in Const. Statuimus, primo lib. num. 36. & 37. nam nemo potest tute cum potentibus litigare, ideò Seneca in Medea.

Nemo

Nemo potentes aggredi tutus potest.

4 Immo potentum amicitia † vitanda est. Ouid. lib. 3. de tristibus.

Vsibus edocto si quicquam credis amico:
Viue tibi, & longè nomina magna fuge.
Nam quamquam soli possunt prodesse potentes.
Non prosunt, potius plurimum obesse solent.

Paragraphi quinquagesimiquinti

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas quando se dat inimico Regis, an dicatur rebellis. remissiuè.*

2 *Ciuitates hodie inuicem bellantes non habent iura captiuitatis.*

3 *Ciuitas, quę resistit officiali principis, an dicatur Rebellis.*

4 *Ciuitas quando potest fidelitatem iurare Tyranno.*

§. 55.



1 Iuitas quando propter metum dat se inimico Regis, an dicatur Rebellis, † vide Afflict. in Constitutione, Dubitationem, lib. 1. num.
2 14. Et nota, quod Ciuitates † inuicem bellantes hodie de consuetudine non habent iura captiuitatis; & postliminij, vt capti

fiant serui capientium dicit olim Bart. in l. ho-
3 stes, in fine, ff. de captiu. Et quando Ciuitas † re-
sistit Officiali Principis, an fiat hostis, vel rebel-
lis Principis. Bart. in d. cta l. hostes, in vlt. col.
vers. circa prædicta, ff. de capt. dicit, quod sic. Et
4 nota ip quando uerus Princeps † aufugeret, po-
test Ciuitas, ut euitet saccomanum, iurare fide-
litatẽ Tyrãno impunè. Neuiz. inter const. feud.
diuers. cons. 12. num. 124. Abb. Cons. 3. in 2.
uol. Gram. Cons. crim. 31. Gratus Cons. 1. uol. 1.
nu. 84. Affict. Decis. 165. Cuman. Cons. 61.
Ioannes de Anania, Cons. 7. Grat. Cons. 1. &
51. 1. uolum. ubi limitat. Crauetta, Consil. 6.
num. 84.


Paragraphi quinquagesimi sexti

SVMMARIVM.

1 *Dominus quando videatur iniuriam remittere vasallo.*
2 *Vasallus nocens Domino grauem iniuriam intulit.*
3 *Dominus quando remittit feloniã Vasallo, feudum remanet antiquum, & non nouum.*
4 *Dominus si in vita non fuit conquestus de iniuria Vasalli, an hæres possit eum inquietare.*
5 *Felonia quomodo probetur.*
6 *Hieronimus de Neapoli præses Consistorij laudatur.*

§. 56.

§. 56.



1 Dominus recipiens seruitium a vasallo inimico videtur feloniam, & iniuriam remittere. † Andr. in c. 1. §. fin. de feud. sine culpa non amitt. in fine. Et in c. 2. quo temp. mil. Alex. Cons. 14. vol. 2. & Cons. 60. vol. 3. Socin. sen. Cons. 66. vol. 3. Ruin. Cons. 70. vol. 5. & Cons. 119. & Cons. 35. 1. vol. Grat. Cons. 2. 1. vol. num. 75. vbi limitat. Boer. Decis. 309. nu. 6. & tali casu non est opus noua concessione, nec Inuestitura. And. in dicto c. 1. §. fin. in fine, de feud. sine culpa non amitt. & in c. 1. §. 1. per quos fiat inuestitura. Et nota, quod quando do-
2 minus † offendit Vasallum non ita est grauis iniuria sicut è conuerso quando Vasallus offendit Dominum. Andr. in c. 1. §. rursus, si Domini. col. 5. n. 12. quæ fuit prima causa benef. amitt. Et
3 quando † Dominus remittit feloniam Vasallo feudum remanet antiquum, & non nouum. Alex. Cons. 30. in 1. vol. Curt. in tract. de feud. in 4. parte principali, q. antepen. & quando in
4 vita Dominus † non fuit conquestus de Vasallo qui commisit feloniam, an post ipsius mortem hæres Domini possit eum inquietare. Ruin. Cons. 17. 1. vol. Andr. in c. 1. §. rursus, si Domini, col. 4. n. 10. quæ sit prima causa benef. amitt.
5 Ad probandam verò feloniam † Vasalli, testes


debent esse quinque, & omni exceptione maiores Brun.cons.114.numero 294.& ita tenuit in quibusdam allegationibus, quas habeo ad pennam Hieronimus de Neapoli Præses Consistorij, vir doctissimus.

Paragraphi quinquagesimiseptimi

SVMMARIVM.

1 *Contentio dignitatis vnde oriatur.*
2 *Discordia inter pares mala.*
3 *Straticotus sine iudicibus nihil potest facere.*
4 *Rex Franciæ æmulus est Regis Angliæ.*
5 *Dignitatum diminutio est diminutio famæ.*

§. 57.



Olet oriri inimicitia pro conseruatione Iurisdictionis, quia ex conuersatione æqualium contentio
1 † dignitatis nascitur. Anch. Cons. 310. num. 4. dicit Iustinus, libro 16. suarum historiarum assiduum inter pares discordia malum. Ideò vnusquisq; debet esse contentus sua iurisdictione, vt mandant capitula huius Regni edita à Serenissimo Rege Martino, num. 39.& 4. multoties hoc euenire solet in Curia Straticotiali; nam Straticotus præsupponit habere superioritatem cum Iudicibus, sed decipitur:

pitur: quia Iudices dictæ Curiæ in Regno non habent alium superiorem, nisi Proregem; & ob id Comes Gagliani Straticotus cum posuisset sub iniunctione in domo Cæsarē Collum tunc Iudicem, fuit reprehensus per literas Viceregias; & Marchio Arenarum Straticotus etiam, quia carcerauit Ioseph Cataldum Iudicem in Castro Macagrifonis, fuit contra eum facta prouisio ardua, sed non fuit exequuta, quia Iudex acquie-
3 uit. Straticotus † igitur sine Iudicibus nihil pōt facere: sed est Iustitię solū notabilis exequutor; vt per plura priuilegia concessa Vrbi Messanæ demonstratur Serenifs. Regum Henrici, fol. 20. Manfredi, fol. 24. Alphonsi, fol. 99. & quod pro Iurisdictione soleat oriri inimicitia, legitur qđ
4 Rex † Franciæ fecit castra in finibus sui territorij ad æmulationem Regis Angliæ, vt dicit Boerius Cōs. 24. nu. 21. Ratio enim est in promptu; ob quam causam pro conseruatione Iurisdictio
5 nis oriatur inimicia; quia † diminutio dignitatum, est diminutio famæ, vt dicit Neuiz. inter Cons. feudalia Cons. 12. num. 109.

Paragraphi quinquagesimioctaui

SVMMARIVM.

1 *Loquela demostrat inimicos, & animum loquentis.*

2 *Socratis dictum in cognoscendo animum.*

§. 58.

EX modo prolationis verborum apparet quando aliquis est inimicus: quia loquela † multoties demonstrat animum: vt fuit dictum à turbis Petro in domo Cayphæ: Nam & loquela tua manifestum te facit, vt scribitur in Matthęo. Quia voluntas hominis non præsumitur esse aliena à verbis: nec præsumitur quis dicere quod mente non cogitauerit, l. Labeo, §. idem, ff. de supel. legata, cap. secundo requiris, de appellat. cap. fin. de verb. signific. & capit. is autem, 22. q. 2. Vnde Bald. in dicto cap. secundò requiris, inquit, quòd verba sunt naturalia instrumenta quibus intentio cordis exprimitur: in ore enim, & mente presumitur esse unum, & idem: Bald. Cons. 472. uol. 2. Et uoluntas hominis consistit in uerbis, sicut facies in speculo. Bald. Cõs. 102. uol. 3. Nam lingua est cordis præco, secundum Bald. in tractatu schismat. Cor enim datum est homini ad significandum Deo, Labia autem ad significandum hominibus, vt dicit Bald. in c. mandatum, de rescript. Vnde vox est instrumentũ uoluntatis, & intellectus rationalis. Bald. in c. ex transmissa, de restit. spol. atq; alibi scribit idẽ Bald. Cons. 160. volum. primo, quòd tuba cordis est lingua loquentis, & nullum est maius mentis testimonium, quàm qualitas inspecta uerbo-

uerborum. Idemque Bald. in l. uoluntatis, ad finem, C. de fideicommiss. dicit, quod non credimus hominem velle, nisi illud, quod dicit adeo. Adagium illud circumfertur, loquere, & cognoscam te. Bald. in Rubrica de test. super quibus
2 potest adaptari exemplum Socratis † nam cum diues quidam filium adolescentulum ad Socratem misisset, vt indolem illius inspiceret, tu Socrates ad puerum dixit, loquere igitur adolescens, vt te videam, significans hominis ingenium non tantum in aspectu apparere, quam in verbis.

Paragraphi quinquagesiminoni

SVMMARIVM.

1 *Inimicus reconciliatus quousque suspectus sit.*
2. 3 *Inimicitia remissa quomodo probetur.*
4 *Inimico reconciliato non est confidendum.*
5 *Cicero reconciliatus cum Sabino, pro eo sumpsit patrocinium.*
6 *Cæsaris natura quæ cum inimicis reconciliatis.*
7 *Plauti sententia damnatur.*

§. 59.

1 INimicus de nouo reconciliatus † ita suspectus est, ac si esset adhuc inimicus. Felin. in c. cum te, in vers. infidelitas, in verbo ibi, limita secundo, de rescript. Alex. Cons. 99. primo volum.

Marian.Soc.in Conſ.67.num.42.primo volum. Rom. Sing. 20. Et iſta materia plenè tractatur per Blancum, in l.fin.ff. de quæſt. num. 161. & per Decianum lib.3.in tit. Inimicitiæ cauſa, num. 21.capit.25. & num.87. Et per Farinacium, in tract. de indit. & tort.q.49. num. 110.vol.2. & ampliatur regula, vt non ſolum procedat eo modo, quo ſupra dictum eſt, ſed etiam ſi inimicus fuiſſet de facto examinatus; & poſt examen reconciliatus non nocet ei, contra quem depoſuit: quia eius dictum propterea non validatur. Ioannes Andræas in addit, Speculat.in tit.de teſtib.in princ.Felin.in cap. quoties, col.2.de teſt.Marſ. in l.prima, §.præterea, num.102.ff. de quæſt.& licèt ſint aliqui caſus de iure, per quos cenſetur
2 inimicitia † remiſſa: vtputa ſi poſt inimicitiam probetur conuerſatio, vel potatio ad inuicem. Gloſ.in §.in ſumma, Inſtit.de iniur. Vel quando quis conſtituitur tutor ab inimico, præſumitur aceptata tutela facta reconciliatio. Bart.in l. athletæ, §.inimicitiæ, ff.de excuſat. tut. Sunt etiam aliqua inditia in hoc ad probandam reconciliationem: vt quia alter alteri ſeruiuit. Bald.in l.in ipſis, C.fam.erciſc. Vel quando vēditur feudum inimico, quia tunc præſumitur facta reconciliatio.Bal.in c.primo, 4.col.de prohib.feudi alien. per Fed. Itē præſumitur facta reconciliatio per cō tractum factū inter inimicos. Bald. in dicto c.1.
3 vbi ſupra. Necnon † elapſo triennio ipſius reconciliationis, vt dixit Bonaccoſſa in ſuis com.opin.

crim.

4 crim.in verbo inimicus. Attamen inimico † reconciliato non est confidendum:ita dixit Cicero: Inimico reconciliato ne confidas. Et quod hoc sit verum,corroboratur:nam Iudex non statim dicitur recōciliatus per aliquos actus extrinsecos, nec testis,qa adhuc dubium est si remanserint quędam reliquiæ odij:ideo expectandum est vt amicitia sit longo tempore confirmata, & sint abolita omnia inimicitiarum vestigia, per text.in c.accusatores, lo 2.& ibi glos.3.q.5. Marian.Soc.iun. Cons.79.nu.42.lib.primo, & has certè reconciliatas inimicitias esse suspectissimas docet Cicero in Oratione pro Tito Annio Milione,in illis verbis:In comuni omnium lætitia ni etiam ipse gauderet, timeret, ne videretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ,sed bene est, vt demptis depositionibus,& actis iudicialibus, in quibus Iudices nullam fidem præstare debent inimicis capitalibus de nouo reconciliatis, nisi concurrant omnia superius dicta,dico, quod nihil remanere debet occultum post factam reconciliationem:sed amicitia renouata debet esse sine vlla macula:hoc demostratur exemplo Ciceronis, † nam cum esset inimicus Sabini, facta

5 reconciliatione inter eos,pro eo sumpsit patrocinium,vt dicit Valer.Max.tit. de reconcil.de quibus reconciliationibus sic dixit idem Cicero: Ego autem cum omnes amicitias tuendas semper putaui summa Religione & fide, tamen eas maximè, quæ essent ex inimicitiis reuocatæ in

gra-

gratiam; post reditum enim in gratiam, si quid est commissum, id non neglectum, sed violatum putatur, nec imprudentiæ, sed perfidiæ assignari solet. Idem Cicero pro Deiotaro Rege scribit,
6 Cæsarem † fuisse huiusmodi, vt nemo illi placuerit in inimicitiis, qui vllas resedisse in se simultatis reliquias senserit: Diuus autem Hieronymus ad Ruffinum profitetur se reconciliatas inimici-
7 tias purè colere, & non iuxta Plautinam † sententiam, Altera manu lapidem tenere, panem offerre altera. Eiusdem Cæsaris fuit sententia: *Nulla maior vindicta quam iniuriarum obliuio.*

Paragraphi sexagesimi.

SVMMARIVM.

1 *Hostem in fortiam Curiæ delatum non est licitum occidere.*

§. 60.

1 NOn est licitum priuato hostem existentem in fortia Iudicis, interficere † vt dicit Angelus in l. 3. §. transfugas, ff de sicar. quanto magis non debet occidi inimicus existens in posse Officialis: quod nota contra illos de Terra Ramettæ, qui in Anno 1587. de Mense Decembris occiderunt in posse Vicecapita-

net dictæ Terræ Valerianum filodomum, qui fuerat carceratus; sed deinde nescio quomodò non fuerint puniti, cum casus fuerit valdè temerarius.

Paragraphi sexagesimiprimi

SVMMARIVM.

1 *Amicus noster non est, qui nostra bona tollit.*

3 *Inimicitia capitalis oritur ex spoliatione rei particularis.*

3 *Alexander conseruari iussit bona suorum subditorum.*

§. 61.



1 On est amicus noster, qui nostra bona tollit. quia nos iniuria afficit, & inimicus † noster præsumitur, cap. idem cum quis, de rest. spoliat. & ibi Bald. dicens, prædicta procedere, siue vi, siue clàm. Quod etiam sequitur ibi Abbas, in 3. not. Butrius, Imola, & Cardin. Cum etiam ex spoliatione rei particula-
2 ris oriatur inimicitia † capitalis, cap. accedens, el secondo, vt lite non contestata, & ibi Butrius, in 5. notab. & Imola, adducentes illud vulgare: Nõ est amicus noster, qui bona nostra tollit. Quod idem sequitur Abbas, ibi, & Ioannes de Ana-

nia,

aia, in c.cum oportet, col. 2. in fine, & ibi Felinus, col.6.num 16.de accusat. Alber.in Auth. Si testis, col.2. C.de testib. Nam bona sunt conseruanda, & ad ea defendenda Reges semper
3 inuigilauerunt: sicut legitur de Alexandro † Magno, qui mandauit conseruari bona suis subditis: Nam Dario Persarum Rege deuicto Alexander filius Ammonis scripsit omnibus suis subditis, vt vnusquisque proprietates suas in pace possideat, & gubernet.


Paragraphi sexagesimisecundi

SVMMARIVM.

1 *Masinißa Rex non habens ab hominibus fiduciam, custoditur à canibus.*
2 *Colophonij æstimatores Canum.*
3 *Rex Garamantus introductus in Regnum per canes.*
4 *Canes in Cymbrico bello quid fecerint.*
5 *Fides Canum quanta.*
6 *Canis moritur sæpe præ dolore Domini.*
7 *Rex Federicus punit furantem canem.*
8 *Officiales non poßunt recipere canes à litigantibus.*

§. 62.

§. 62.



Anis fideliſſimus cuſtos contra ini-
1 micos, nam Maſiniſſa Rex † cum non habuerit fiduciam de cuſtodia hominum, cuſtodiri ſe fecit à canibus; quarum vocibus ſæpè latentium inimicorum inſidias euaſit, & proditiones; Ac pariter dum Dominus dormit, canis inter herbas obſeruat, ne ſerpens os Domini ingrediatur: ita Plinius lib. 8. vbi de Colophoniis multa ſcribit, qui multum æſtimabant canes pro bellis, qui adeò terribiliter dimicabant; vt magis feroces eſſent, quàm homines, & ſæpè noctu aggredientes inimicos victoriam conſe-
3 quebantur. Scribunt pariter Regem † Garamantum per Rebellionem à Regno deiectum, à ducentis canibus, quos venationis gratia aluerat
4 fuiſſe reintegratum. Hi canes † in Cymbrico bello contra C. Marium, pro Dominis ſuis acriter bellauerunt, Cymbrorumque cadauera cuſtodientes, numquam abigi potuerunt, ſed eadem mira ſedulitate cuſtodiebant, vt tutius illa à feris defenderent, cuſtodias inter ſe partitas viciſſim magna diligentia obſeruabant. Canis latratu interfectorem Domini ſui in ſilua occiſi, in Vrbē ſequutus dentibus laniauit, iſq; crimen confeſſus in tormentis, ſe, ſocioſque ſceleris manifeſtauit. Canis adhuc alius ſcribitur Dominum

ſuum

suum longè distantibus famulis insidiosè aggressum vsquequo ad eum peruenissent, defendisse.
5 Fides † Canum in hoc etiam notatu digna exhibetur: nam Lysimacho mortuo dum cadauer Domini comburebatur, spectantibus multis igni se immisit. Idem fecisse Hieronis Siracusanorum Regis Canem Plinius narrat. Item Canis
6 † mortuo Domino se fame tamdiu macerauit, vt pariter cum eo moreretur. Vt vidimus temporibus nostris Fratrem Philippum Ismortum militem Hyerosolimitanum defunctum, & eius canem in eius sepultura iacentem, donec obiit. Canis etiam in Romanis historiis repertus est, cibum portare ad os defuncti Domini, eiusque corpus in Tiberim proiectum adnatando sustinere voluisse. Et hæc Plinius. Ideò nõ immeritò Serenissimus olim Rex
7 Federicus † huius Regni, in Capitulis, num. 115. sciens quanti pretij debet esse Canis ob suas virtutes, punit furantem canem: immò ex furto canũ inter nobiles discordias oriri sæpissimè ait. Hoc colligitur ex narratiua Capituli Regni: nam ita incipit. Quia leuis discordia, magna solet odia generare, maximè inter nobiles, & ideò nullus nobilis, vel plebeius præsumat Canem furto subtrahere. Ac etiam Canis est animal tam æstimabile, quòd non licet officialibus
8 accipere canem à litigantibus, † quemadmodum, & munera, vt dicit Afflict. in Const. Capitaneorum, num. 27. libro primo.

Para-

Paragraphi sexagesimitertij

SVMMARIVM.

1 *Senes, & iuuenes sunt inimici.*
2 *Senes, & iuuenes habent quosdam mores laudabiles, & quosdam vituperabiles.*

§. 63.

1 SEnes, & iuuenes sunt inimici. † vt dicit Terent. in Hecyra.

Odiosa est hæc ætas adolescentulis.

Qui de facili acquirunt amicos, & delectãtur in amicitia: sed senes ideo iuuenibus sunt inimici, quia senectus est inimica amicitiæ. Tiraq. de leg. connub. Glos. prima, parte 6. nu. 24. senes vt plurimum sunt tristes, sed iuuenes iucundi, vt dicit Seneca.

Lætitia iuuenem, frons decet tristis senem.

Senes sunt loquaces, sed iuuenes magis effrenati, quia in eis vigor naturalis ad regendum sensus viget costanter, & de loquacitate senum dicit Cornel. Gallus.

O' sola Fortes garrulitate Senes.

Et de valore, & fortitudine iuuenum dicit Ouid. lib. 15. Metamorph.

Fitque valẽs iuuenis, neque.n. robustior ætas Vlla.

Et

2 Et nota, quòd tam senes † quàm iuuenes, in se habent quosdam mores laudabiles, & quosdam uituperabiles, de quibus vide Archid. in c. tanta, 86. distinctione.

Paragraphi sexagesimiquarti

SVMMARIVM.

1 *Tutor inimicus excusatur à tutela.*
2 *Tutor non potest excusari si promisit gerere tutelam patri pupillorum.*
3 *Tutor per inimicitiam datus, excusatur.*

§. 64.

1 TVtor inimicus excusatur à tutela, §. item si propter, de excusat. tut. vel curat. Quia videtur relictus tutor, vt illaquearetur debitis, & negotiis alienis, l. athletæ, §. dat remissionem, in fine, de excusat. tut. Sed inimicitia debet esse capitalis pro excusando tutore, Siluest. super Instit. §. Inimicitiæ, de excusat. tut. Sed si fuerit reconciliatio sequuta non admitteretur excusatio: vt idem num. 13. Hæc autem regula procedit in quibuscunque muneribus datis ob inimicitiam: quia isto casu datur excusatio, prout in tutela, l. prima. C. si propter inim. creat. fact. sit. lib. 10. Et quòd censeatur

tur datus stante inimicitia, remittitur arbitrio Iudicis, ꝓ dicta l. prima. Verùm quòd ista qualitas, vt per inimicitiam censeatur creatus, debet per allegantem probari. Bart. in l. prima, §. ait prætor, ff. ne quid in flumine publico. Dec. Cōs. 520. col. fin. Et quando Iudex pronunciabit hūc tutorem esse excusandum propter inimicitiam, potest agere excusatus contra hæredem ad damna, & expensas, quas passus est in lite, cap. Honoratus, 74. distinct. Sed quando superueniunt inimicitiæ, si sunt capitales post testamentum habet excusationem, §. inimicitiæ, eod. tit. nec debet haberi ratio à qua parte proueniunt. Innocent. in capitulo cum I. & A. de re iud. Bald. in l. prima C. si qua prædit. potest. vbi dicit, illam Glos. esse auream. Sed omnia hæc procederent,
2 nisi ille, qui fuit datus tutor, † promisisset patri pupillorum administrare tutelam: nam tunc data quacunque occasione legitima excusationis, non excusabitur, stante promissione. Idem Syluester, in §. item si propter, de excusat. tut. num. 9. Et quando amicitia fuerit contracta cum fratre, patruo, vel alio transuersali, tunc remittitur arbitrio Iudicis. Glos. & Bart. in l. tutor, §. si tutor inimicus, ff. de suspect. tut. Sed quomodo
3 procedat regula quod tutor † per inimicitiam datus excusatur, vide plene Couarr. practicarum quæst. cap. 18, num. 3.

Paragraphi sexagesimiquinti

SVMMARIVM.

1 *Indicium inimicitiæ quomodo tollatur.*

§. 65.

1 Ndicium inimicitiæ tollitur: † Nã si adducatur contra aliquem inimicitia capitalis, debet considerari causa vnde processerit, quia ex multis causis causari potest. Aliquando enim ex iniuria verbali, vt diximus supra, in §.17. Aliquando ex iniuria reali. Aliquando ex litibus, & propter bona, & alijs ex causis, de quibus diximus supra. Considerata verò inimicitia, debet considerari, & videri, si causa ipsa poterit tolli, vel minorari: quòd si non poterit, quia est vera, & clara, tunc debet probari reconciliatio, probando actus exteriores; ex quibus præsumitur, & inducitur: vtputa quia diu est, quod post dictam causam inimicitiæ visus fuit conuersari cum inimico, comedendo, bibendo, ridendo, & alia faciendo, quæ non inter inimicos, sed amicos fieri assolent. Item probari debet quòd post causam inimicitiæ si fuerit occasionata ex iniuria, illico tunc, nec postea visus fuit, vel auditus reuocasse expresse animum suum ad iniuriam;

iniuriam; sed potius dissimulasse: illis enim iun-ctis, & probatis, tollitur dictum indicium inimicitiæ: aliàs non, vt habetur per Iacobum de bello viso in sua pract. crimin. in verbo, quod dictus Reus malitiosè. Item si inimicitia processit ex lite, non sufficit similiter probare recessum à lite, vt ex hoc sublata foret si præcessit inimicitia capitalis, sed requiritur vltra recessum à lite, vt probetur reconciliatio, dummodo non sit de præsenti. Ita post multa firmat Blancus in Repet. l. fin. ff. de quæst. nu. 137. in fine. Sed Alciat. in regula 2. præsumpt. præsumpt. 11. num. 2. affirmat, post litem finitam durare inimicitiam; quæ tamen omnia secundum communem opinionem ait esse sub Iudicis arbitrio.

Paragraphi sexagesimisexti

SVMMARIVM.

1 *Inimici Officiales possunt recusari, vti suspecti.*
2 *Leuis causa sufficit ad remouendum Officialem.*
3 *Inimicitia probabilis facit iudicem suspectum.*
4 *Inimicitia quando superuenit facto partis, an faciat Iudicem suspectum, & amplia nu. 5.*
6 *Caput quando est suspectum, omnes alij sunt suspecti.*
7 *Nuncius inimicus potest allegari suspectus.*
8 *Iudex pro sententia per eum lata quando sit inimicus, remissiuè.*

L 2 9 Nota-

9 *Notarij actorum Ciuitatis Messanę quomodo recusentur.*

10 *Straticotus Messanæ potest allegari suspectus.*

§. 66.

INimici Officiales possunt recusa-
1 ri, vt suspecti, † vt colligitur ex recollectis per Blancum in Repet.l.fin.ff.de quæst. num. 144. cum plurib. seqq. & de modo recusandi Officiales est Pragm. in hoc Regno, in tit. de recusat. Iud. quæ fuit limitata in Officialibus Sacri Consilij tribunalium Regni per Illustriss. & Excellentiss. Comitem Aluæ Proregem in anno 1592. Et de iure Ciuili
2 leuis causa † sufficit ad remouendum Officialem. Crauetta Cons.6.nu.31. Marc. Decis. 324. 2.parte. Et hoc non solum procedit si inimicitia est vera; sed etiam si est præsumpta. Iacob. in l. testium fides, ff. de testib. Sed de iure Canonico secus est, vt dicit Abbas, in c. accedens, el 2. nu. 3. vt lite non contest. Nam dicit ibi, quòd ad remouendum Iudicem inimicitia debet esse capitalis: nam hoc non est verum, quia inimicitia
3 † etiam non grauis, sed probabilis facit Iudicem inimicum, c. cum super, de offic. delegati, c. quia suspecti, 3.q.5. Hoc idem tenet Francus, in c. postremo, in causa. 32. de probat. Capic. Decis.
4 138. num. 3. Sed quando † superuenit ista inimicitia

micitia facto partis, (prout diximus) quando est procurata, non facit Iudicem suspectum, prout in Iudice, & teste, loquitur Marcus Decis.
5 291. Amplia regulam, † etiam si est inimicus domini alterius partis. Ioan. Andr. in c. legitimationis, de appellat. in 6. Item si fuerit inimicus reconciliatus. c. accusatores, el 113. q. 5. Bart. in l. 3. ff. de adim. legatis. Item si Iudex est commensalis inimici alterius partis. Abb. in c. accedens, vt lite non contest. Item si est subditus inimici alterius partis, dicto c. Accedens; & quando dignitas est suspecta, etiam successor in officio est suspectus. Bald. in c. de causis, de offic. deleg. Capic. Decis.
6 138. Et quando caput † est suspectum, omnes alij sunt suspecti Dec. Cons. 151. numero 20. Boerius Decis. 269. Dec. in c. de Quoduuldeo de iud. num. 16. Natta, Cons. 174. 1. vol. Riminald. Cons. 66. vol. 1. Sic dicimus de Nuncio ini-
7 mico, † qui potest allegari suspectus. Bald. in c. 2. de offic. delegati. Et quando Iudices sunt suspecti, non possunt interuenire, nec in decisione causæ, nec in discussione negotij, sub pęna priuationis officij; & Vnciarũ centum. Hoc determinatur per Capitulum Regni Ser. Regis Caroli, num. 86. Et vide ea, quæ ponit Capic. Decis. 138. Sed si Iudex allegatur suspectus ex causa inimicitiæ quæ habuit ortum ex spoliatione alicuius rei, an facta restitutione, videatur purgata? Dic, quòd non ita facilè. Istud procedit, vt ille, qui spoliauit, si datus sit Iudex, non posit recusa-

ri suspectus. Vide Farinacium in tit. de indit. & tortura, q. 49. num. 8. & seqq. vol. 2. & quando
8 Iudex † pro sententia, quam protulit contra aliquem, videatur inimicus, nec nè, vide eundem num. 62. cum pluribus sequent. Vltimo nota, quòd in Curia Straticotiali, quãdo Notarij Actorum sunt suspecti, recusantur solo iuramento. Sed scias quòd tale iuramentum est deferẽdum à Iudice, aliàs non valet. Ruinus Cons. 6. in 4.
10 vol. & aduerte, quòd Straticotus † Messanæ potest allegari suspectus: nam sub Pragmatica cõprehenditur ipse, & aliàs fuit allegatus suspectus Comes Gagliani per Salimbenium de Marchesio in causa don Artalis Busaccæ fisci Straticotialis. Consilium datur, vt Officiales recusati, vti inimici, reddant se insuspectos, si ita sunt, nam ita videtur dicere Salust. sub istis verbis: Officiales debent cauere, ne prætextu inimicitiæ, vel odij, aliquid faciant.

Paragraphi sexagesimiseptimi

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia extenditur vsque ad quartum gradũ.*
2 *Inimicus patris dicitur inimicus filij.*
3 *Inimicus consanguinei mei, dicitur meus inimicus.*
4 *Inimicus fratris mei, non repellitur à mea tutela.*
5 *Inimicitia repellit testem secundum Regulam,*

sed

sed quomodo est intelligenda.
6 *Inimicitia contracta per iniuriam, non egreditur personam iniuriati.*
7 *Bastardus non agit vti coniunctus.*
8 *Nec est de genere patris.*
9 *Nec est omni exceptione maior.*
10 *Nec potest deferre iuramentum suppletorium.*
11 *Nec possunt iurare ex statuto, quòd credatur iuramento damnum passi.*

§. 67.

1 INimicitia extenditur vsque ad quartum gradum. † Cass. super Consuet. Burgund. Rub. 3. §. primo, fol. mihi 406. & in capit. primo, §. Si Vasallus culpam, col. 2. in fine. si de feud. fuerit controuers. Vide Blancum in Repet. l. fin. ff. de quæst. num. 173. qui multa dicit pro, & contra ampliando, & limitando; & vide Decianum in lib. 3. tit. inimicitiæ causa, capit. 25. num. 67. vol. primo. Et est ratio: quia quælibet iniuria serpit in descendentes, l. lex Cornelia, in princ. ff. de iniur. text. in l. quisquis, C. ad l. Iuliam maiest.
2 Adeò quòd inimicus patris, dicitur esse † inimicus filij, adhuc patre etiam mortuo. Cass. super Consuet. Burgund. dicta Rubrica. 3. §. primo, fol. mihi 406. n. 19. & Iacobinus de sancto Georgio, in l. testium fides, ff. de testib. num. 13. & inimicus patris mei, dicitur mihi inimicus. Ias. in l. si ita stipulatus, §. Chrisogonus, ff. de verb. obli-

 gat.

3 gat.num.62. Ac etiam inimicus † consanguinei mei, dicitur meus inimicus. Farinacius de indit.
4 & tort.q.49.vol.2.num.33.cum seqq. Et † nota, quòd inimicus fratris mei, non repellitur à mea tutela. Item nec repellitur à testimonio, secùs de inimico patris, matris, vel ascendentium, & descendentium; quia talis repellitur. Rom.
5 Sing. 135. Et regula, quòd inimicitia † repellit testem, non solum vendicat sibi locum, si est cum principali, sed etiam si est cum fratribus illius. Iacobinus Leonissa Cons.49. num.35. inter Consilia matrim. diuersorum fol. mihi 97.
6 nisi sit inimicitia † contracta per iniuriam, nam tunc non egreditur personam iniuriati. Bart. in l.2. ff. de his, quibus vt indign. Sed istud procedit cum legitimis consanguineis, & non cum
7 Bastardis: nam Bastardus † non agit tamquam coniunctus, Gugliel. de Benedict. in Repet. c.
8 Rainucius, in verbo † Raimucius, de test. num. 36. Nec dicuntur esse de genere patris. ibid. nu.
9 3. Nec † sunt testes omni exceptione maiores. Bald. in l. generaliter, in fine, C. de instit. & sub-
10 stit. Nec ex † eorum testimonio potest deferri iuramentum in defectum semiplenæ probatio-
11 nis. Nec possunt Bastardi iurare † ex statuto, quòd credatur iuramento damnum passi. Marf. Sing. 273. Caccialupus in l. admonendi, num. 112. vers. 25. fallit, ff. de iureiur. quod nota pro Pragmatica facta per Excellétiss. Comité Oliuarum Proregem cótra rurales huius Vrbis Messanæ,

ſanæ, vt ſoluant de proprio, furta facta in eorum territoriis perſonis derobatis, & in certis furtis, quòd ſtetur iuramento damnum paſſi.

Paragraphi ſexageſimioctaui

S V M M A R I V M.

1 *Damnum datum in re locata per inimicos, per quem ſoluendum.*

§. 68.



I in re locata damnum datum fuerit per inimicos conductoris, ſiue ille inimicitiæ prouenerint culpa conductoris, ſiue non, competit locatori cōtra conductorem actio ad reſarcionem damni, l. ſi merces, §. culpæ, ff. locati, Vbi Gloſ. Bart. & Paul. de Caſtr. æqu um eſt enim, vt ibi dicit Gloſ. quam ſequuntur Doctores, quòd cum culpa tua damnum patior, id à te mihi reſarciri, ad idem allego etiam doctrinam Bart. in l. pen. in princ. ff. ſoluto matrim. vbi idem decidit, quando per inimicos mariti damnum datur in re dotali: ſolent enim inimici inuidia inimicorum in rebus eorum multa mala facere l. ſacculirij, ff. de extraord. crim. ſed ſi propter inimicitiam domini locatoris habuerit conductor damnum, debet ipſi locatori imputari, & non conductori. Siluan. Conſ. 12. num. 12.

Para-

Paragraphi sexagesiminoni

SVMMARIVM.

1. & 8 *Vindicta non est summenda contra inimicos.*
2 *Amasiæ deliberatio damnatur.*
3 *Helias culturam Balaam vindicat.*
4 *Caij Marij vindicta.*
5 *Ioseph clementia laudatur.*
6 *Vindicta non summenda contra inimicos antea amicos.*
7 *Thysistrati tyranni exemplum dignum.*
9 *Reges sunt dati à Deo ad vindictam.*
10 *Lucij Gellij indulgentia erga filium.*
11 *Vindicta non est summenda contra ignaros.*
12 *Medicus per imperitiam non tenetur de offensa.*
13 *Mulier per imperitiam si partum non custodierit, non tenetur.*
14 *Vindicta ad masculos, & non ad fœminas spectat.*

§. 69.

CONtra inimicos an sit licitum vin-
1 dictam † summere? & dic primò quod non: nam dicit Dominus, da mihi vindictam, & ego retribuã: & habetur Ecclesiast. cap. 28. Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam,

& dicit Cato bene ad hoc propositum.

Sæpè etenim Deus iniustas vlciscitur iras.

Idcirco dicit Dominus in Leuit. cap. 18. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuiũ tuorum. Ob quod bene dixit Petrarcha, quòd nobilissimum vindictæ genus est parcere. Vnde Apostolus: Fratres non vos vindicantes, date locum iræ. Et ideò damnatur deliberatio Amasiæ

2 † Regis nam cum iuuenis esset ad Regnum veniens, cogitauit, vt inimicos, qui patrem eius occiderant puniret, & comprehensos omnes,

3 occidit. Sic pariter † Helias culturã Balaam vindicat cum homicidio sacerdotum. cap. Guilisarius, 23. qõ. 4. Et de Amasia Rege habetur per Ioseph. de antiq. lib. 9. cap. 12. Est enim dãnata

4 crudelitas Caij Marij, † qui nimia cupiditate persequendi inimicos, iram suam nefariè distrinxit contra Caium Cæsarem Consulem. Val. Max. lib. nono, tit. de Lux. Sed laudabilis est clemen-

5 tia † Ioseph, qui dedit indulgentiam fratribus, non curans de proditionibus, & iniuriis sibi illatis. Idem Ioseph de bello Iudaico lib. 2. de antiq. cap. 7. & dicit Cicero. Nec verò audiendi grauiter, qui inimicis irascendum putant; nam infirmi est animi summere vindictam. Iuuenal. Satyra 13.

Semper & infirmi est animi, exiguiq; voluptas Vltio.

6 Item non est summenda vindicta † contra inimicos antea amicos, exẽplo Pysistrati Athenien-

7 nienſium † Tyranni, qui cum eſſet à Traſippo amico inter cœnam line ſine cõuitio laceratus, captus à ſatellitibus; poſtera quoque die volens eundem morti tradere, poſtulauit ſi data fide In eodẽ gradu amicitiæ eſſet remanſurus: quod dum ſpopondit, exinde eum relaxauit, vt refert Seneca libro 3. de Ira. Ideò bene dixit Arioſt. in Cantu 21. Cantil. 27.

Non piaccia à Iddio, che mi conduca à tale
Il mio giuſto furore, è il tuo demerto
Gli diſſe Argeo, che ſia homicidiale
Di te, che amaua è me tu amaui certo.
Benche nel fin me l'hai moſtrato male;
Pur voglio à tutto il mondo far aperto.
Che come fu nel tempo dell'amore;
Così nel odio ſon di te migliore.

Et idem in Cant. 24. Cantil. 34.

Pigliar di tanta iniuria alta vendetta
Tra il sì Zerbino, è il nò, reſta confuſo.
Il vedere il demerito lo alletta
A far che ſia il fellon di vita eſcluſo:
Il recordarſi l'amicitia ſtretta,
Ch'era ſtata tra l'or per ſi lung'vſo.
Con l'acqua di pietà l'acceſa rabbia
Nel cuor gli ſpinge, e vuol che mercè n'habbia.

8 Item non licet parti, ſeu ſingulis vindictam † ſummere, vt pulcherrimè per Abbatem in c. olim, el primo, de reſtit. ſpoliat. col. 7. in princi-

pio quem refert, & sequitur Bombinus. Cons. 16. num. 36. Et quando aliquis facit nobis aliquam iniuriam recurrendum est primò ad Deű, secundo ad Regem, & eius Officiales: Nam
9 Reges † sunt dati à Deo populis ad vindictam malefactorum, cap. magnum, in fine, 11. quæ. prima. Tanto magis debemus hæc omnia facere, & non sumere vindictam inimicorum: nam habemus exemplum Dei, vt Exodi 32. Orabat Moysen Dominum Deum dicens: Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequit a populi tui, & subdit: placatus est Dominus, & misertus est populo suo. Et quod vindicta non sit sumenda contra inimicos, legitur: Nam Lucius † Gel-
10 lius omnibus honoribus ad Censuram vsque perfunctus, cum crimina grauissima de filio in nouercam commissum stuprum, & paricidium cogitatum propemodum explorata haberet: non tamen ad vindictam procurrit continuò, sed penè vniuerso Senatu adhibito in consilium, expositis suspitionibus defendendi se adolescenti potestatem fecit, inspectaque diligentissimè causa, absoluit eum, tum Consilij, tum etiam sententia sua; quòd si impetu iræ abstractus sæuire festinasset, admisisset magis scelus, quàm vindicasset. Val. libro 5. tit. de parent. seuerit. Vlti-
11 mò non est summenda † vindicta contra illum, qui per ignorantiam nos offendit, secundum Ouid.

Præteritæ veniam dabit ignorantia culpæ.

non Hinc

12 Hinc est, quòd si medicus offendat aliquem propter imperitiam, non tenetur de offensa, vt dicit Hercul. de caut. de non offend. capit. 34. numero 13. Nec si venter non inspicitur, nec partus custoditur, quando mulier † hoc fecerit per
13 imperitiam, tenetur pœna l. edictum, ff. de ventre inspic. Vltimo notandum est vindictam spe-
14 ctare de iniuriis ad masculos, † non autem ad fœminas, Barb. Cons. 73. num. 12. volum. 4.

Paragraphi septuagesimi

SVMMARIVM.

1 *Duellum pro honore suscipitur.*
2 *Fama seruanda est.*
3 *Famæ amissio plus est, quam oculorum.*
4 *Homicida appellatur honoris alterius detractor.*
5 *Ardua dicitur causa de honore.*
6 *Inimicitia capitalis oritur per famam, & honorem.*
7 *Adulter quando occidi possit.*
8 *Marcus Antonius Columna Prorex quid fecerit, cum quodam adulterum occidente.*
9 *Publius Mæuius qua de causa insurrexit contra libertum.*
10 *Lucius Virginius quid fecerit contra adulterum.*
11 *Pontij Aufidiani vindicta.*
12 *Attilius quare filiam suam necauit.*
13 *Inimicus suiipsius dicitur, qui honorem suum non*

ni non diligit.

14 *Maritus, qui de adulterio non indignatur Leno dicitur.*

15 *Adulteria quomodo erant punita. remissiuè.*

§. 70.

AN sit licitum inimicum occidere intuitu honoris defendendi? Et dico primò, quòd pro saluando honore licitum est sumere duel-
1 lum.† Bald. in l. in eadem, ff. ex quibus caus. maior. & in c. 1. de probat. tex. sing. in l. pronunciatio, §. 1. ff. de verb. signif. & quod habetur in l. iusta, ff. de man. vindicta, & l. Inhanus, ff. si quis ommissa causa test. Pet. de Anchar. in Clement. 1. de homicid. Immò non solum
2 nostra interest famam † propriam seruare illęsam, quam diu viuimus, sed etiam post mortem, adeò quòd si fama defuncti laceretur, hæredes de iniuria agere possunt, l. 1. §. & si fortè, ff. de
3 iniur. quia non † minor est amissio famæ, quàm oculorum. Prouerb. 15. Lux oculorũ lętificat animam; fama bona impinguat ossa. Igitur hono-
4 ris alterius detractor, homicida † appellatur. Glos. in c. homicidiorum, de pęnis, distinct. 1. Istis meritò detractoribus honoris, sicut homicidis resistendum est, teste Antonio Scappio lib.
5 5. de delict. cap. 2. in fine. Et omnis causa † in qua tractatur de fama, & honore, dicitur esse ardua,

dua, l. si inimicitiæ, in fine, ff. de his, quib. vt indigh. & in l. isti, §. quod si, ff. q. met. causa, vbi dicitur, quòd timor amissionis honoris est maior timore mortis. l. Iulianus, ff. si quis ommissa causa test. Et quod omnibus rebus honor est præponendus dicit Cepoll. Cons. crim. 41. num. 8. & Ias. in l. reprehendenda, C. de instit. Et pro-
6 pter † famam, & honorem oritur inimicitia capitalis, Blanc. in l. fin. ff. de quæst. Quibus stantibus, secundum ius humanum, licitum est occide-
7 re adulterum, † l. si adulterium, §. Imperatores, ff. ad l. Iuliam de adult. l. si quis, §. si quis, ff. ad Senatusconsult. Syll. in illis verbis, si tamen maritus occidat deprehensam in adulterio, occidit, quia ingnoscitur ei, l. Grachus, ff. ad l. Iuliam de adulteriis; & quando possit occidi suspectus de adulterio, vide Afflict. in Const. Pacis cultum, num. 31. Et licèt Doctores in supradictis iuribus dicant, quòd occidens adulterum in his casibus, non tenetur pœna ordinaria, ego dico; quòd nec pœna extraordinaria deberet puniri: Nam ita,
8 mandauit fieri Excell. M. † Antonius Columna Prorex in anno 1580. in visita generali carceratorum Die 11. Septēbris decimæ, Indict. 1582. in palatio Regio vrbis Messanæ, cum quodam Legum studente Calabro, qui interfecit adulterum vxoris suæ in maritima dictæ vrbis; nam consilio de veritate facti, eum penitus liberauit, & iussit statim vinculis solui, & relaxari. nam cum esset Princeps Romanus, memor fuit anti-

quorum


quorum ciuium suorum: Nam Val. Max. lib. 6.
9 tit. de pudic. dicit, de † Publio Meuio, qui insurrexit contra libertum ob osculum datum filiæ.
10 Et Lucius † Virginius vir optimus, & honestus, Virginiam suam filiam insigni decore conspicuam, cum Claudius Appius Iudex impudicus sub colore iustitiæ reddendæ, eam stuprare vellet, in conspectu Curiæ sumpto cultro, ac inquiens dilectissima filia, quã possum via honestatem tuam vindico; statim spectantibus omnibus iugulauit, l. 2. §. & cum placuisset, ff. de orig. iur. pudicæq; interemptor, quam corruptæ pater esse maluit, secundum Val. vbi supra, eodẽ tit. subdens: Nec alio robore animi prædıtus fuit
11 Pontius † Aufidianus Eques Romanus, qui postquam comperit filiæ suæ virginitatem à pedagogo proditam Faunio Saturnio, non contentus sceleratum seruum affecisse supplicio; etiã puellam ipsam necauit, ita, ne turpes eius nuptias celebraret, acerbas exequias duxit: quinimmò vt
12 ibi ait: Publius † Attilius Phylistus Romanus filiam suam sic interemit. Nam qui non diligit
13 honorem † suum, sibi ipsi est inimicus. Lęlius Zangus in tract. de duello, cap. 5. num. 8. & ma-
14 titus, † qui de adulterio suę vxoris non indignatur, præsummitur lęno. Prosper Carauita sup̃ Ritu Neapolit. Ritu 5. nu. 7. Et quomõ antiqui-
15 tus adulteria † fuere vindicata ponit Tiraquell. in l. 13. connub. nu. 6. vsq; ad 24. Sed quantũ ad animam, non est licita huiusmodi vindicta.

Paragraphi septuagesimiprimi

SVMMARIVM.

1 *Veneris fabula pro adulteris.*
2 *Adulterium quantum sit punibile.*

§. 71.



Vnt multi in mundo, qui adulteros non reputant inimicos; immo eis parcunt, natura horum ęquiparatur Dijs antiquis: nam legi-
1 tur, ꝙ Venus † fuit coniux Vulcani, & à Marte dilecta est, & deprehensa aliquando à Sole in adulterio cum Marte, quòd cum intellexisset Vulcanus inuisibiles plagas summo artificio fabricatas circum lectum tetendit, & aliò ire simulauit, qua occasione motus Mars ad cubile Veneris venit: & ambo cum lasciuire cępissent, reuersus extemplo est Vulcanus: qui cum iniuriam acrioribus verbis expostularet, plurimi ex Dijs conuenere; & inter cęteros Neptunus, Mercurius, & Apollo; Deæ autem ob pudorem venire eò noluerunt: tandem Neptunni precibus placatus Vulcanus, remotis plagis vinctos liberauit. Sed quantum adulteria sunt punibilia, vide caut. Rodulphi sexta.

Paragra-

Paragraphi septuagesimisecundi

SVMMARIVM.

1 *Ambasciatores non debent iniurijs affici.*

2 *Ambasciatores offendens, dicitur offendere dominum.*


3 *Ambasciator si capitur ab hostibus, à quo debeat redimi.*

4 *Amon Rex quare improbetur.*

5 *Quinti Fabij historia cum esset ambasciator narratur.*

6 *Gentius Rex carcerauit Ambasciatores Romanorum.*

§. 72.

1 

Mbasciatores inimicorum † non debent iniurijs affici, neque malè tractari. Angel. in tract. malef. in vers. se defendendo: Nam Ambasciatores habent securitatem. Bald. in l. conuentionum, in fine. ff. de pact. Bart. in l. 1. ff. ad l. Iul. maiest. & de iure acriter puniendi sunt, qui mediatores offendunt: vt refert Herculanus de caut. de non offend. capit. 34.
2 num. 13. Quia offendens † Ambasciatores, dicitur offendere ipsum Dominum mittentem. Alciat, in Rubrica, de offi. ord. in fine, numero

32. & incurrit crimen lesæ Maiestatis. Felin.
3 in c. 1. de offic. deleg. in fine, & si capitur † ab hostibus, & redimitur, Vniuersitas debet contribuere pro redemptione. Paul. de Castro Cons. 220. 1. volum. Cagnol. in l. diē functo, de offic. præsid. num. 171. Natta Cons. 168. & seqq. vol.
4 1. Improbatur enim illud Amonis † Regis: Nam cum Dauid ad eum nuncios misisset pro innouanda amicitia, Rex Ammonitarū nuncios Dauid iniuria afficiens, barbæ mediam partem radens, & vestium partem abscindens, dimisit. Sic
5 pariter legitur de † Quinto Fabio; nam cum mitteretur Legatus per Romanos Tarentum, grauissimas iniurias accepit. Val. lib. 2. de instit.
6 Roman. Et quia Gentius † Rex Illyriorum carcerauit Ambasciatores Romanorum, pulsus à Regno, & superatus, Romam ductus ad Senatum cum filijs, triumpho Anitij reseruatus fuit, vt refert Appianus Alexandrinus.

Paragraphi septuagesimitertij

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia morte inimici non extinguitur.*
2 *Dauid cum nunciaretur ei mors Saulis, fleuit.* 3.
4 *Mors quæ tollat, & quotuplex. remissiue.*
5 *Pauli Æmilij Dario deuicto Persarum rege factum in Triumpho generosum.*

Mors

§. 73.


Ors inimicorum non debet esse
1 grata inimicis: quia inimicitia †
morte inimici non extinguitur,
Marſ.in l.fin.ff.de quæſt.num.53.
Et inimici mortem expectare, fidei Christianæ inconueniens eſt. Petrus Sater. de aſſicurat.mercat.p.2. num. 15. Quemadmodum non licet mortem alterius ſperare, l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verb. obligat. l. ita cum à patre, ff. ad Trebell. Exemplo Dauid:
2 † Nam legitur, quòd cum nunciaretur ei mors Saulis eius inimici, fleuit: vt legitur in libro Ioſephi de bello Iud. lib. 2. c. 1. Cæterum Dauid
3 † mortem Abner, qui fuerat inimicus eius, fleuit ſuper tumulum Abner, ibique ſigna plurima doloris oſtendit, vt ſcribitur ſecundo Regum 3. c. Inſuper Dauid totus pius, ac miſericors, filium ſuum rebellem, ac parricidam Abſalonem aperto capite planxit; Et mors † quæ tollat, quotu-
4 plex ſit, & qui ſint nuncii mortis, vide ea, quę dicit Caſſan. ſuper Conſuet. Burgundiæ, num. 4. in proęm. Et nota quòd propter mortem propinquorum non debemus abſtinere à debitis, in quibus aſtringimur ratione alicuius dignitatis: Nam legitur apud Plutarchum, quòd
5 Paulus Aemilius † Dario Rege Perſarum deuicto, propter liberorum ſubitam mortem, non


recusauit triumphum. Et Serenis. Rex Ferdinandus 1. qui in anno 1403. instituit ordinem in honorem Beatę Virginis sub signo Gryphi, in 7. capitulo Instructionum dicti habitus, ita mandauit: quòd licèt aliquis talis diuisè detulisset luctum: tamen in festiuitatibus Beatę Marię, vt cęteri debebat se induere de albo.

Paragraphi septuagesimiquarti

SVMMARIVM.

1 *Cayn quando occidit Abel, petijt à Domino saluamguardiam.*
2 *Saluaguardia quando debeat concedi.*
3 *Vasallus quandò potest eximi à Iurisdictione Domini.*
4 *Saluaguardia expirat per mortem concedentis.*

§. 74.



Saluaguardia cōtra inimicos in hoc Regno impetratur à Prorege contra Officiales probata inimicitia: & habuit originem à principio
1 mundi: nam cum Cayn † occidisset Abel, dicebat se vereri ne occideretur ab aliis, sed Deus dedit signum, ne ab aliis offenderetur. Hercul. de caut. de non offend. cap. 3. nu. 12. vbi dicit pœnam, in quam incurrit Saluamguardiam

guardiam frangens. Et Guido Papę. q. 418. & q. 56. Cagnolus in princ. prax. benefic. num. 57. & seqq. Et quod Saluaguardia debeat concedi pro-
2 bata † inimicitia, est de iure, & de consuetudine Magnę Curię, ex forma iuris. Si Dominus inimi-
3 catur cum Vasallo † suo, & eum malè tractet, potest Vasallus petere se, & totam suam familiā eximi à Iurisdictione ipsius. Foll. super Constit. Regni Neapol. in Const. Ascriptitios de Episcop. & clericis. num. 8. Immò potest eis priuari. Gram. Decis. 104. Boer. Decis. 304 Guido Papę, Decis. 62. Natta, Cons. 174. 1. vol. num. 10. Et
4 nota, quod † Saluaguardia expirat per mortem concedentis. Ioannes Faber in l. aduersus, §. mandatum, C. mandati.

Paragraphi septuagesimiquinti

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio de non offendendo quando debeat præstari.*
2 *Fideiussio de non offendendo debet peti à parte.*
3 *Custodes quomodo debeant dari per Iudices.*
4 *Fideiussio de non offendendo an sit perpetua, vel ad tempus.*
5 *Exceptio in petitione fideiussionis, quod ipse fuerit causa inimicitiæ, an valeat.*
6 *Fideiussio de non offendendo debet seruari per*


promittentem.

7 *Trachij Vafritij dictum improbatur.*

8 *Vir an teneatur dare fideiussionem vxori de non offendendo, quando est adultera.*

9 *Antoninus pater Authoris quando fuerit Iudex Magnę Regię Curiæ.*

§. 75.



AN quis cogatur cauere inimico suo de non offendendo? Dicas quòd tenetur, si probabiliter dubitat se posse offendi: & tali casu potest petere ab inimico suo hanc cau-
1 tionem, † de qua per Bart. in l. capitalium, §. ad statuas, ff. de pœnis, & in l. qui bona fide, §. si quis iusta, num. 1. ff. de dam. infecto, & in l. soluto matrimonio, ff. soluto matr. num. 24. Hęc autem in-
2 telligenda sunt, si petatur † à parte, & non ex officio Iudicis. Rip. in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto, num. 8. Curt. iun. in l. edita, C. de edendo, num. 85. & non solum potest peti ista fideiussio de non offendendo, sed potest
3 quis metu inimicorum petere custodes † à Iudice suis expensis. Bart. in l. sanctum, ff. de rer. di-
4 uis. num. 1. Et an sit perpetua ista † fideiussio, vel ad tempus, quando debeat prestari, & an comprehendat familiares, vide Petrum à Placa in c.
5 7. epit. delict. num. 4. cum seqq. Non obstat † exceptio in petitione istius fideiussionis, quòd ipse


fuerit causa inimicitiæ. Bart.& Alex.in l.qui bona, §.si quis iusta, ff.de damno infecto. Abb.in c.literas,de restit.spoliat.& in c.primo, in sexto not.vt lite non contestata.Ias.in l.si super,C.de transact.Ripa in Rubrica de damno infecto,col.
6 4. versic. sexto, dubitatur. Quæ fideiussio † de non offendendo, debet seruari per promittentem non offendere, vt dicit Tiraq. de retractu, §.primo,Glos.secunda,per totum, vbi improbat
7 † Trachium Vafritium, qui dicebat, quòd promittens non offendere per diem, noctu offen-
8 debat. Quæ quidem fideiussio † debet præstari per maritum, quotiescumque vxor fuit adultera. Syluester, in §.inimicitiæ, Instit.de excusat.
9 tut. num. 17. Et ita mandauit fieri † Antoninus Ferrarottus pater meus cùm esset Iudex Magnæ Regiæ Curiæ in anno 1571. in causa Francisci Caccani cum Ioanna eius vxore impudica, & ita ego feci in Curia Straticotiali in anno 1591. dũ essem Iudex eiusdem Curiæ cum P. S.

Paragraphi septuagesimisexti

SVMMARIVM.

1 *Iudex quæ possit facere, ne inimici deueniant ad arma.*
2 *Abimalech verba pro indutiis.*
3 *Conuenticula in Regno prohibita.*
4 *Pompeius Columna Straticotus quid fecerit pro sedandis inimicitiis.*

§. 76.


Vdex quæ poteſt facere ne ini-
1 mici † deueniant ad arma, vnde Capell.Tholoſ.quæſt.489. Pariſ. Conſ.168. nu.4. in 4. vol. Guid. Papę quæſt. 578. Ripa in Rubrica de damno infecto: Crauetta Conſil. 34. numero 3. Marc. Deciſ. 125. Et in hoc Regno eſt Pragmatica in tomo primo, titulo de Capitaneis, aliiſque Officialibus Regni, fol.113.per quam mandatur, vt Officiales componant inimicitias, vel ſaltem inducias iuratas fieri faciant ad minus vno anno. Quæ Pragmatica iudicio meo ſumpſit exordium ex verbis Abimalech
2 † in Geneſi, cap.21.dum dicitur: Iuro ergò per Deum, ne noceas mihi, & poſteris meis, ſtirpique meæ. Hoc idem ſtatuit Sereniſſimus Rex Petrus, in cap.ſecundo Regni, in quo prohibet
3 coadunationes, & conuenticula. † Idem determinat Sereniſſimus Rex Federicus in c.114. & Straticoti in vrbe Meſſanæ pro tollendis inimicitiis multa remedia fecerunt, maximè ne partes
4 deuenirent ad arma: vt fecit Pompeius † Columna Dux Zagarolę Straticotus in anno 1581. dũ erat magna inimicitia inter quoſdã nobiles Ciuitatis, contra quos proceſsũ fuit ad carcerationem, & ad ſententiam banni de eius mandato, abſque voto iudicum, quia hæc faciebat vti Capi-


Capitaneus armorum virtute priuilegij Serenissimi Regis Ferdinandi. Ideò silua nuptialis in verbo, non est nubendum, num. 80. dicit, quod Iudex potest præcipere alicui, ne transeat ante domum inimici, ne fortè eum videndo, veniat ad rixam.

Paragraphi septuagesimiseptimi

SVMMARIVM.

1 *Reconciliatio in mortis articulo quid operetur.*
2 *Iniuriæ reuiuiscunt reconualescentibus infirmis.*
3 *Reconciliatio quando dicatur facta.*

§. 77.



1 I quis inimico suo in mortis articulo reconciliatus † sit, vel ei benedixerit, aut etiam deosculatus eum fuerit; siue hortatu sacerdotis, siue etiam proprio motu, non putarem pro reconciliatione id habēdū: videtur enim remissum quoddam odium conscientiam lædens metu mortis: sæpè enim reuiuiscunt iniuriæ
3 † reconualescentibus infirmis. Ita Bart. & Angel. in l. si tibi, §. quædam, ff. de pact. & in l. non solum, §. primo, ff. de iniur. Bald. in l. secunda, ff. ad Syll. in cap. primo, §. iniuria, de pace iur. firm. Anto-


Antonius de Butrio, in c. de his, de accusat. & hoc tanto magis vrget, quando in mortis articulo hæc fiunt, vt notat Ioannes Andreas in addit.ad Speculat.in tit.de instrum. edit.§.nunc aliqua.Sequitur Alex. in Conf.189.volum.6.Et
3 quando † dicatur facta pax, reconciliatio, vel iniuriarum remissio,tacitè,vel expresse,vide Farinacium in q.49. in tit.de Indit. & tort. numero 112.

Paragraphi septuagesimioctaui

SVMMARIVM.

1 *Amor parentum in filios magnus.*
2 *Vrsæ natura in filios.*
3 *Amoris paterni effectus.*
4 *Bruti Consulis Romani historia.*

§. 78.



Mor filiorum est clypeus inimicorum. multoties namq; essent aliqui,qui de iniurijs vindictam sumerent, sed retinentur ob amorem fi-
1 liorum. nam amor † parentum in filios est magnus.Cass.super Consuet.Burgund. Rubrica 1.num. 34. fol. mihi 58.Et quòd amor filiorum retineat vindictam, habemus exem-
2 plum de † Vrso,qui est impatiens, iracundus, se vindicare

vindicare volens de omnibus, qui eum tangunt, ideò si aliquem percutientem inuaserit, si alius eum tetigerit, dimittit primum, & illum inuadit, vt dicit Gugliel. de Bened. in Repet. c. Rainucius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, in num. 320. & nihilo minus amor filiorum in Vrsa operatur talem effectum: nam dum videt venatorem ad se venientem, non vlciscitur contra illum, ne filios relinquat, vt dicit Ariostus in 7. Cantu, Cantilena 19.

Com'orsa, che l'alpestre cacciatore
Nella petrosa tana assalit'habbia,
Sta sopra i figli con incerto cuore
E freme il suon di pietà, è di rabbia
Ira l'inuita, è natural furore.
A spiegar l'unghie, à insanguinar le labbia.
Amor l'intenerisce, è la retira
A riguardar i figli amorza l'Ira.

3 Amor † etiam paternus facit, vt filius delinquens præsentatus à patre mitius puniatur. Menoch. de arbitr. iud. casu 347. num. 1. vt fecit Illustriss. Ioannes de Vega Prorex cum Constantino saccano, qui à patre Nicolao Iacobo saccano Iudice M.C. fuerat condẽnatus. Sed Prorex cognoscens rectitudinem patris, filium liberauit, prout in si-
4 mili fecit † Brutus Consul Romanorum, qui à Valerio Maximo magna laude extollitur in 5. lib. cap. 8. qui duos filios adolescentes occidi iussit, quos pro restituendo Tarquinio superbo coniurasse cognouerat.

Paragra-

Paragraphi septuagesiminoni

SVMMARIVM.

1 *Duellum inter inimicos non permittitur.*
2 *Duellum quando est permissum.*
3 *Duellum assumentes sunt excommunicati.*
4 *Duellum prohibendum per Reges.*

§. 79.

1 De iure duellum † inter inimicos nō permittitur Glos.in Rubrica C.de diglad.penitus toll. lib. 11. Et plura de materia duelli ponit Iason in l.ex hoc iure,col.4.in fine,cū seqq. ff.de iust.& iure.& de duello vide Decil.Iosephi Lud.Rotæ Luces.11.& Dec.Cons.487.& Plot.
2 in l.si qn̄ C.vnde vi, nu. 705. Et quādo † est permissū duellū,& qn̄ non,vide Capic.Decis. 130, Et nota,ꝙ hoc Regnū tempore Seren.Regis Caroli,num.82.supplicauit suę Maiestati,vt dignaretur permittere duella in Regno ad euitandum assassinia, aliasque oppressiones, & delicta, sed fuit dictum in decretatione dicti Capituli, sub istis verbis: Non conuenit, quia contra ius est,
3 & bonos mores.Et tales assummentes † duellū, sunt excommunicat in Cœna Domini. Et quomodo puniuntur in hoc Regno Siciliæ, vide Pragma-

Pragmaticam in tit. 37, tomo 1. fol. 134. Et Oddo Stortiā in tit. de in integrum restit. q. 84. nu. 39. qui dicit, quòd iure optimo fuit sublatum à cōcilio Tridentino. Et Andræas in c. Quoniam
4 diuina, de pace tenenda, qui dicit, duellum † esse prohibendum per Reges Catholicos.

Paragraphi octuagesimi

SVMMARIVM.

1 *Mortui non belligerant.*
2 *Bellum licitum, vel illicitum quando dicatur. remissiuè.*
3 *Bella fuerunt causa primarum calamitatum.*
4 *Bella tollunt leges.*
5 *Caius Marius quid dixerit de bello.*
6 *Bellum fieri inter Deum, & homines quando dicatur.*
7 *Acies à bello quomodo differat.*

§. 80.



1 Bella geruntur inter inimicos viuos, quia mortui † non belligerant. vt dicit Lucanus.

Defuncti non bella gerunt.

Et quando dicatur bellum licitum,
2 vel † illicitum dicit Bal. Cons. 12. 1. vol. Loffred. Cons. 45. Ias. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure. nu. 28.

num.28 cum pluirib. seqq. Siluan. Conf. 12. Et
3 est valdè malum bellum: nam † bella fuerunt cau
sa primarum calamitatum humani generis. Bald.
in l. 1. 1. col. vers. secundo oppono, C. de seru. fu-
4 git. Et bella † tollunt leges, quia Caius Marius
5 † Consul Romanorum dum contra Cymbros
bellaret, angustiatus leges transgrediens, dixit in-
ter armorum strepitū verba iuris ciuilis se exau-
dire non potuisse. Val. lib. 5. tit. de gratis. Et nota,
6 quòd dicitur bellum † fieri inter Deum, & ho-
mines, quando est pestis, seu mortalitas. Rol. à
7 Vall. Cons. 81. vol. 1. num. 15. Et differt acies † à
bello, quia acies secundum Vegetium libro 3. c.
14. est exercitus instructus. Et accipitur aliquan-
do pro ipso prælio & dimicatione, quare aciem
non solum pro instructo exercitu, sed etiam di-
micante accipimus, vt Cicero 2. Tuscul. non sen
tiunt inquit viri fortes in acie vulnera. Idem ad
Torquatum, lib. 6. Nam quem exitum acies ha-
bitura sit, diuinare nemo potest.

Paragraphi octuagesimiprimi

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas nulla sine odijs.*
2 *Bellum ciuile inter Cesarem, & Pompeiū quan-*
tum damni attulerit Reipublicæ Romanæ.
3 *Caij Marij senioris, & Lucij Sylle dissensiones.*
4 *Discordiæ effectus inter Romanos. & nu. 6.*

5 *Mortuo*

5 *Mortuo Romulo facta fuit diuisio inter Sabinos, & Romanos.*
7 *Officiales debent tollere differentias.*

§. 81.

1 Dissensiones, inimicitiæ inter ciues, bella ciuilia dicuntur: hinc est quod Cicero in libro de Amicitia: Nulla, inquit, Ciuitas † tam firma, tamque stabilis, quæ non odiis ciuiũ labefactetur; nec vllum tam grande imperium, quod ciuilis discordia non euertat. Quia (vt dicitur in secunda Catilinæ in Ciceronem, nihil est tam periculorum Ciuitatibus, quam cum dilecti ciues inter se dissident. Et quantum ma-
2 lum attulerit ciuile bellum † inter Cæsarem, & Pompeium, vide Iustinum in lib. 42. suarum historiarum. Legimus & plus, quòd seditiones
3 pessimæ, ac Bella † atrocissima orta sunt inter Caium Marium seniorem, & Lucium Syllam: occasio autem huius discordiæ fuit ambitio, & superbia Marij; nam anno 662. ab vrbe condita, cum Lucius Sylla eo tempore Consul esset, & contra Mithridatem, qui Asiam occupauerat, committeretur, Caius Marius, qui sexies antea Consul fuerat, affectauit septimum Consulatum, & vt ipse susciperet bellum Mithridaticum: quo Sylla cognito impatiens, cum exercitu ante vrbem venit, & contra Marium dimicans ipsum

fugauit, quæ inimicitiæ Vrbem Romanam de-
4 struxerunt. Taceo † Romanorum Ciuium varias discordiarum ambages, atque seditionum inextricabiles causas, quæ excitarunt quamplura Bella Ciuilia, Bella Socialia, Bella Piratarum; Bella seruilia; in quibus quantum sanguinis fusus, quot millia hominum occisa, quot prouinciæ vastatæ fuerint, vix qui historias scripserunt pre magnitudine rerum satis explicare potuerunt. Dissensiones igitur prauis actibus aditum præparant, rumores, & odia suscitant, & illicitis moribus ansam prebent, vt dicit Diuus Augustinus, lib. 19. de Ciuit. Dei, capit. 2. in fine. Populus enim Romanus quam diu in vnitate perstitit, tam diu viguit: sed vbi diuisioni vaca-
5 uit, illicò occubuit. Mortuo enim Romulo † inter Sabinos & Romanos facta est diuisio: Sabini. n. quærebant Regem fieri ex genere eorum, eo quod post mortem Tatij nemo ipsorum regnasset; at Romani exterum Regem respuebãt: sic inter eos facta est dissensio secundum Titum Liuium lib. primo, primæ Decad. Demum inter patres, & plebem facta est diuisio, quæ fuit causa multorum malorum, referente eodem Tito
6 Liuio lib. 2. In summa, diuisio, † & discordia ciuilis perniciosissimum malum semper præstiterunt, secundum eundem Titum Liuium lib. 4. primę Decadis referentem dissensionem inter nobiles, & ciues plebeios Ciuitatis Ardeę, quę dissensiones Reipublicę principaliter oriri dicit

Ari-

Aristoteles 5. Politic. eo quia, multi si in aliquo sunt pares, in omnibus pares se existimant, & si aliqui in aliquo præstant, in cunctis se superare arbitrantur. Ideò † Officiales debent eorum
7 authoritatem interponere pro tollendis his dissensionibus: nam ita dicit text. in l. congruit, ff. de offic. præsid. quod bono & graui congruit Præsidi, curare pacatam, atque quietam esse, quam regit, prouinciam.

Paragraphi octuagesimisecundi

SVMMARIVM.

1 *Hannibal quare relegatus fuerit.*
2 *Oribasius in exilium qua de causa missus.*
3 *Publius Craßus cur seipsum occiderit.*
4 *Dinocrates se interfecit.*
5 *Demosthenes mortem sibi intulit.*
6 *Litigare coram Iudice inimico periculosum est.*

§. 82.

Periculosum est incidere in manus inimicorum, nam inimici quando habent potestatem con
1 tra inimicos, accipiunt occasionem contra eos, sicut fecit Hannibal † contra Decium Magium: nã Decius Magius cum Hannibali Capuam intranti solus as-

fugere nollet ab eodem relegatus est. Oribasius
2 † mortuo Iuliano Principe inimicitia succedentis, bonis spoliatus est, & in exilium detrusus.
3 Ideo † Publius Crassus cum factionem sequeretur Marianam, ne in manus inimicorum incideret,
4 seipsum interemit. Sic † Dinocrates conciuis noster, ne in Acheorum manus iret, mortem
5 sibi intulit. Sic fecit † Demosthenes Athenjensis. Ideò dicitur periculosum esse litigare
6 † coram iudicibus inimicis, qui vt plurimum vlciscuntur de iniuriis, quando possunt.

Paragraphi octuagesimitertij

SVMMARIVM.

1 *Inimico familiari nulla maior pestis.*
2 *Inimicus manifestus melior est, quam amicus fictus.*
3 *Perpenna quomodo interfecerit Quintum Sertorium.*
4 *Cocalus Rex Minoem prodidit.*
5 *Iolas Alexandrum venenauit.*
6 *Sedechias Carolum Caluum occidit cum venæno.*
7 *Amicus non est omnis qui osculatur.*

§. 83.



Eus liberet nos ab amicis inimicis, vt dicit Cato.

Vitandum ducas inimicum nomen amici.

1 Familiari inimico † nulla maior pestis. Carauita super Ritu Neapol. Ritu 67. num. 20. Et ideò dicitur per sanctum Marcum c. 12.
2 Inimicus † manifestus melior est, quàm amicus fictus, & Sap. cap. 3. Prouerb. 29. Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciā.
3 Vt fecit ille † Perpenna Consul Marianarum partium, Quintum Sertorium, quo cum prius magna amicitia dimicauerat, inter epulas nihil sibi timentē interfecit, vt solus imperio potiretur
4 in Hispania. Cocalus † Rex Siciliæ Minoem Regem Cretæ qui Dedalum persequebatur, ad colloquium prætextu amicitiæ inuitatū, per prodi-
5 tionē, suffocauit † Iolas Alexādri pincerna domi-
6 num suum venenauit. Sedechias † Medicus Carolo Caluo Regi Gallorū domino suo venenum ministrauit. Bene igitur dicit Romanus singulari
7 suo 678. † quòd non omnis qui osculatur est amicus. Et ideò dicit Sap. Prouerb. cap. 10. Abscondunt odium labia mendacia.

Paragraphi octuagesimiquarti

SVMMARIVM.

1 *Romulus recepit inimicos pro Ciuitate augenda.*
2 *Conuersatio cum infidelibus est prohibita.*

§. 84.

ANtiquitus hostes infideles, & Iudæi conuersabantur cum Regnicolis ob mercaturam exercendam. vt Regnum diuitijs abundaret, & mercium aduectiovè augeretur, vt fecit
1 Romulus, † qui recepit inimicos pro Ciuitate augenda, vt dixit Tullius in defensione Balbi sub istis verbis. Illud verò sine dubitatione maximè nostrum fundauit Imperium, & populi Romani nomen auxit, quod princeps ille creator vrbis Romulus, fœdere Sabino docuit etiam hostibus recipiendis augeri hanc Ciuitatem oportere. Sed deinde fuit vetitus modus conuersandi
2 cum supradictis personis, † per Capitulum Regni Sereniss. Regis Federici, num. 68. Immò hodie est in totum sublatus.

Paragraphi octuagesimiquinti

SVMMARIVM.

1 *Diligere debemus inimicos.*
2 *Moyses pro lapidantibus precatur.*
3 *Samuel orabat pro inimicis.*
4 *Helias precabatur pro Achab inimico suo.*
5 *Animal omne diligit sibi simile.*
6 *Diabolus Diabolos non vexat.*
7 *Dilectio inimicorum debet esse cum effectu.*
8 *Dilectio inimicorum conuenit Regibus.*
9 *Dilectio inimici quomodo debeat esse.*

§. 85.

1 Diligere debemus inimicos, † cap. timorem, de Consecrat. Distinct.
2 2. in Glos. in verbo; puto, exemplo multorum: Nam Moyses † à populo lapidibus impellitur, & pro lapidantibus precatur, vt legitur in Exodo;
3 Samuel † à principatu eiicitur, & ait, absit à me, vt cessem orare pro vobis, 1. Regum capite 12.
4 Helias † etiam orabat pro Achab inimico suo: Ideò debemus diligere inimicos: Nam Eccles.
5 cap. 13. Omne animal † diligit sibi simile, & sic omnis homo proximum diligere debet: Nam lupus lupum, serpens serpentem, & crudelia ad-

modum alia animalia non solent malitiam sui sexus similibus inferre: & quæ sunt sui generis, multo minus homo debet gerere inimicitiam contra eum, qui est sui generis: nam
6 istud est mirabile. Diabolus † diabolos non vexat. Bertarch. in suo Repertorio, in verbo Iudęi, num. 78. Ad quod propositum dicit text. in l. vt vim, ff. de iustit. & iure, in vltimis verbis, ho-
7 minē homini insidiari nefas esse: ista enim † inimicorum dilectio, debet esse cum effectu: nam dicit sanctus Ioannes cap. 3. non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate. Quæ quidem dilectio erga inimicos conuenit etiam
8 Regibus. † Afflictus in prælud. feud. num. 50.
9 sed dilectio † inimici debet esse quantum ad animi rancorem: secùs, quo ad ius accusandi, & proprium interesse prosequendi, vt dicit Nicolaus Maronius in tractatu de treug. & pace, qō. 48. Oddo Sfortia parte secunda, de in integr. restit. q. 85. nu. 54. & seqq. Et debet esse vera, & non prout illa de qua loquitur Ouidius.

Pax erit hæc nobis donec mihi vita manebit.
Cum pecore infirmo quæ solet esse lupis.

Paragraphi octuagesimisexti

SVMMARIVM.

1 *Bellum geritur vt acquiratur pax.*
2 *Pacis effectus.*

3 *Iudex*

3 Iudex debet hortari litigantes ad pacem in ciuilibus, secùs in criminalibus.
4 Pax triplex est. remissiuè.
5 Tutor non facit pacem de nece patris pupillorum.
6 Pupillus quando possit facere pacem.
7 Mater tutrix quando remittit, vide remissiuè.
8 Tutor posthumi non facit pacem, & ratio.
9 Paci contraria quæ sin. remissiuè.
10 Minor potest facere pacem absque solennitate statutaria.
11 Pax quando, & à quibus facienda. remissiuè.
12 Pacis effractores in Regno quomodo puniantur.
13 Beatitudo pacis quæ, & in quibus consistat. remissiuè.

§. 86.

1 INter inimicos est facienda, & procuranda pax, quia bellum † geritur, vt acquiratur pax. Roman. in suis singular. num. 22. nam ipsa
2 † quidem discordias remouere solet, tranquillam mentem inducere consueuit, statum personarum, ac vrbium auget, honorem affert, diuitias præparat, Dei Regnum, & gratiam retribuit, superbiam cuiuscumque tollit, cuiuslibet auaritiam repellit, honorem honoratis tradit, mundumque eisdem preparat Deo, ad seruiendum animum incitat, atque magnum fructum affert, vt dicit Bald. in c. vnico,

co, §. fin. de pace conſ. & ad propoſitum dicit etiam Valerius Max. in tit. de his, qui ex inimicis iuncti ſunt amicitia, & neceſſitudine; quòd ſicut placidum mare ex aſpero, cęlum ex nubilo ſerenum, hylari aſpectu ſentitur: ſic bellum pace mutatum plurimum gaudij affert, offenſarum etiam acerbitas depoſita candida ratione celebranda eſt. Prȩterea dicit text. in Clement. dudum, de ſepult. quod pacis tempore colitur pacis author, quia fructus Iuſtitię in pace terminantur, vt habetur in Pſal. Iuſtitia, & pax oſculatę ſunt. Ideò Diuus Auguſtinus lib. 19. de Ciuitate Dei, cap. 2. in fine: Tantum eſt inquit pacis bonum, vt etiam in rebus terrenis, atque mortalibus nihil gratius ſoleat audiri, nihil deſiderabilius concupiſci, nihil poſtremo poſſit melius inueniri. Ideo Bald. de pace tenenda, in princ. per illum text. dicit, pacem deſiderandam veluti neceſſarium bonum. Et Caſſiodorus: Omni quippe Regno deſiderabilis debet eſſe tranquillitas, in qua & populi proficiunt, & vtilitas gentium cuſtoditur. Hęc ſcilicet pax, eſt bonorum artium mater decora, hęc (mortalium genus multiplicat, facultates protendit, & mores extollit. Oldradus Cõſ. 94. col. prima, in fine. Pax inquit deſideranda eſt, in qua bonum, & ſalus conſiſtit, & licet dixerimus ſupra
3 in §. 18. quod Iudex † debet admonere partes ad pacem & concordiam in litibus ciuilibus, tamen ſecus eſt in criminalibus. Gugliel. de Bened.

ned. in q. an liceat peccatores occidere, num.
4 27. Pax † enim triplex est vt Afflictus dicit in Const. Pacis cultum, num. 7. Excusatur a pace
5 facienda tutor: † nam non tenetur facere pacem de nece patris pupillorum. Bald. in l. pactum curatoris, C. de pact. Ias. in l. si tibi decem, §. quędam, ff. de pact. Angel. Cons. 247. col. fin. Pupil-
6 lus † autem doli capax potest cum autoritate tutoris, secundum Bald. in l. prima: C. de in integr. rest. min. & in l. Iusiurandum, ff. de iureiur. imò sine decreto, etiã stante statuto in contrarium. Bald. in addit. ad Specul. tit. de homicid. circa fi-
7 nem, & in matre † tutrice remittente, vide Gandinum in Rubrica, de transact. & pace, in malefic. num. 22. vers. item patre, & latè Nellus, tract. de bannit. secunda parte, secũdi temporis, vbi ponit comunem opinionem in suo Repertorio, in verbo. Pax. Nell. in dict. tract. 3. parte secundi temp. Alber. in l. clarũ, in fine, C. de auth. pręst. Bertarchinus in suo Repert. in verbo Pax, à quibus Corsett. de priuil. pac. num. 50. Bald. in Rubrica de treug. & pace, num. 10. Ioannes de Amicis cons. 98. vbi ponit comunem. Afflict. in Const. Minorum iura. num. 6. & nota
8 etiam quod tutor † posthumi non potest facere pacem: quia nondum nato posthumo, non dicitur tutor, l. si nemo, la secunda, §. fi. ff. de testam.
9 tut. & ibi Bald. & † quę sint contraria paci, vide Afflict. in pract. Const. in num. 36. & est tam fauorabilis pax, quòd licet minor † non possit


contra-

contrahere sine consensu propinquorum, ex dispositione statutaria, poterit tamen facere pacem absque consensu illorum. Odd. Sfort. de in
11 integr. rest. parte 2. q. 85. num. 46. Et quando † sit facienda pax, & à quibus, vide latè per Antonium Scappium lib. 4. tit. de contrah. diuers. contract. c. 9. Sed pax non debet esse simulata, de qua loquitur Psal. Loquuntur pacem cum proximo; mala autem in corde eorum. Et con-
12 tra effractores † pacis, est Pragmatica in hoc Regno, tit. de pœna prouocant. ad duell. 1. tomo, fol. 135. Facta itaque pace, non potest opponi exceptio inimicitiæ. Afflict. in Const. Ge-
13 neralia, lib. 2. num. 10. Beatitudo pacis quæ sit, & in quibus consistat, vide eundem in Constit. Diuinæ iustitiæ. num. 3. lib. 3. Et hæc sufficiant de pace, quæ est finis belli, quemadmodum dum loquuti sumus de concordia inimicorum cum pace finem imposuimus huic opusculo: ideo possumus dicere cum Propheta: In pace in idipsum, dormiam, & requiescam.

FINIS.

1.004.938

INDEX LOCVPLETISSIMVS.



A

Adula-

tio

&

Quid

Quan-



M

Notarij

P

Pro te-

Q

R

Scipio

FINIS.